omniũ ortus pudẽdis nõ solũ ęgyptii: sed alii plures sacra faciũt tanq̃ causę animãtiũ creationis. Sacerdotes quoq̧ cum in ęgypto sacra patria suscipiũt: primũ huic deo initiant. Panas isup & satyros tradũt eadẽ cã ab oibus coli. Igit & imagines harũ plurimas nonnulli ingratiã fęcũditatis eorũ in tẽplis ponũt: in hirci natura quã libidinosã esse dicunt similitudinem. Tauros sacros apim scilicet ac Mneuim ꝑ diis honorant: in osiridis velut frugũ ac fructuũ reptoris memoriã apud pastores imortalem boues ruffos: qm̃ vident colore similes Typhoni q osiridẽ necauit imolari pmissũ. Et hoies quoq̧ colore typhonis antiqui reges ab se pulchrum osiridis sacrificio mactabãt. Qua ex causa pauci Ruffi ęgyptii reperiebant externi plures Hęc res materiam fabulandi grȩcis dedit. Busiridem hospites necasse: sed osiridis sepulchrum ea crudelitate notatum est Lupos venerari ferunt ꝑpter similitudinem canum parum enim natura: cum etiam mutuo coeant a canibus differunt. Reddunt & aliam causã honoris huius ęgypti fabulosiorẽ nã cũ Isis vna cũ filio oro cũ typhone esset bello dimicatura: ferunt osiridẽ lupi forma ab inferis auxilio & vxori & filio venisse. Victores itaq̧ typhone interfecto honorem ei animanti impendisse: cuius interuentu subsidioq̧ victoria parta esset. Tradunt nonnulli agros ęgyptiorũ incursãtes ęthiopes a lupis facta acie vsq̧ ad ciuitatem elephãti nam repulsos. Qua ex re sit & locus ille dictus lycopolis. Et eis belluis honos a posteris habitus. Crocodillos admirantur multi: cũ homines interficiunt edantq̧ rem pernitiosam mortalibus. cur lege vt pro diis colantur: fuerit sancitum. Sed videntur toti patrię securitatẽ afferre non tantũ nilus: sed & qui in eo sint crocodilli: Quos arabię libięq̧ latrones veriti non audent flumen transire populatum. Affertur & alia ab historicis huius bestię colendę ratio. Nam regem quem minam dixere: cum sui canes psequerentur: fuisse aiunt in miridis paludem ibiq̧ a crocodillo susceptum mirabile dictu in continẽtem fuisse delatum Igitur vt gratiam aiali redderet condita ciuitate plaudi propinqua: quã corcodillam appellauit: mandasse accolis: vt pro deo ea bestia coleretur: plaudemq̧ in earum cibum voluisse. Eo quoq̧ in loco pyramidẽ quaq̧ versus quadratã in sepulchrũ sibi ac rẽ multis ad mirandã sęculis labyrinthũ ędificasse volunt. Similia & de multis aliis animantibus ferũt: q̃ breuitatẽ sequentes omisimus Hęc aũt ab eis vtilitatis causa fuisse adinuent iudicium est: nõnullos

Panes Satyri

Ruffi hoies & boues mactati

Fabula.

Lupi honor

Lycopolis. Crocodilli honor

Mina rex.

Crocodilla vrbs.

cibis quibusdã qui in vsu sint: abstinere. Naʒ quidã lentem: alii fabam: nonnulli caseũ: alii cępe cum plurimos eiusmodi fructus ferat ęgyptus: nequaquam edunt. Adiicitur his & alia cã apud priscos reges sępius desciscente populo: quēpiã prudẽtia p̄stantē in plures ęgyptum partes diuisisse edixisseq̀ꝫ: q̄ animalia separatim colerent a quibusue cibis abstinerẽt. Eo id actum esse consilio: vt cũ quiq̀ꝫ certa animãtia ꝓ diis haberent: q̄ ab aliis colerentur contẽptis. alteri alteros perosi nequaquã simul aduersus principes conspirarent. Quod & secutũ est. Nã diuersorũ finiuꝫ homines inuiceꝫ dissentiunt mutuo sibi cultus impietatem obiicientes Fertur & alia horũ animaliũ consecrandorũ ratio Nam a primordio orbis conuenientes simul homines ex siluestri vita primum carnibus humanis vescebantur: bellabantq̀ꝫ inuicem eo cui plus virium inerat: superante. Tum iniuriis potentiorum imbecilles vrgente necessitate edocti: acie facta signum animalis sibi ex his quę postea consecrata sunt proposuere. Ad quod postmodũ cõgregati infirmiores aduersus aliorũ iniurias se tuebanẗ Quo factũ est: vt animali quod salutis cã fuerat deorum honores tribuerenẗ. Ita diuersę ęgyptiorũ gẽtes hmõi animãtibus a suis maioribus sacris: vsq̀ꝫ ad hoc tẽpus honores p̄bẽt. Ex ea re dicũtur ęgyptii p̄ter alias nationes erga benemeritos de se grati

Egypti p̄ cũctis gratiosi

Existimãt eĩ magnã vitę subsidium esse gratię retributionem. Et sane mouenẗ oẽs ad beneficia eis ip̄ẽdẽda: apud quos senserit gratiã optime locatã esse. Hac ęgyptii causa suos reges summo honore veneratiõeq̀ꝫ: vt deos obseruant. Nam neq̀ꝫ absq̀ꝫ diuino numine illos tantum imperium credunt assecutos: & optime de mortalibus meritos propter rex egregię gestas diuinę naturę participes arbitrantur. Videbuntur fortassis hęc quę diximus miranda: sed nequaquam minus admiratur quis: si quid apud quosq̀ꝫ fit ægyptios consideret in funere mortuorum. Priuati diuersarum gentium mores. Cum quis defunctus est propinqui omnes amici qui detur p luto capite lugẽtes ciuitatem: quo ad mortuus sepeliatur circumeunt. Interim neq̀ꝫ lauantur neq̀ꝫ vinum aut cibum nisi vilem sumũt: neq̀ꝫ vestibus vtuntur splendidis. Sepulchrorum tres habentur species. Sumptuosa: mediocris: humilis. In prima argenti talentem exponunt. In secunda minas viginti. In vltima parum quid sumptus irrogatur. Qui funera mortuorum curant eo exercitio a maioribus tradito. funeris impensaꝫ domesticis descriptam ferunt Scrutantes quanti

Reges

Mos ęgyptiorũ ꝓ corporibus mortuorũ sepeliendis.

Sepulchrorũ tres sp̄ẽs

velint celebrari funus: conuẽtione facta corpus eis traditurus: vt iuxta impensam curetur funus. Primus grammaticus (ita enim appellatur) posito humi corpore circa illa describit q̄tũ a sinistra parte incidatur. Deinde qui dicitur scissor habens lapidẽ ęthiopicũ quantũ lex finit latus aperit subitoq̄ cursu p̄sequẽtibus qui astabant lapidesq̄ cũ execratione in eũ iacientibus fugit. Existimant eñ odiũ ih̄ęrere quicumq̄ amici corpus vulnere illato violarit. Curatores vero corporis hos sallitores appellant: honore digni existimationeq̄ habentur. Vtuntur enim sacerdotibus templaq̄ pariter ingrediuntur. His penes cadauer astãtibus vnus p̄ scissurã corporis interiora p̄ter renes & cor. ducit. Quę singula alter vino phęniceo ex rebus odoriferis lauat: deiñ corpus totuꝫ primũ ex cedro cũ aliis p̄ciosis vnguẽtis vngũt dies amplius triginta. Myrrha deinceps ac cynamomo cęterisq̄ rebus liniunt q̄ nõ solum id seruare diutine: sed odoriferum reddere queãt. Curatũ cadauer cognatis tradunt defuncti. Ita singulis eius partibus etiã superciliorũ palpebrarũq̄ pilis integre seruatis vt oĩs corporis species dormientis more: integra perduret plures ęgyptii p̄ genitorũ corpibus domi magno sumptu cõditis respicientes suorũ imagines viuentiũ magnitudine & habitu a longa progenie ductas: tãq̄ viuentiũ aspectu animo oblectantur. Anteq̄ sepeliat̃ corpus p̄dicitur a cognatis tũ iudicibus tum defuncti amici: sepulturę dies. Asserunt vero illum nomine mortuum appellantes paludem transiturũ. Astantibus iudicibus amplius quadraginta numero sedẽtibusq̄ in p̄parato vltra stagnũ hemicyclo. Trahitur nauis ad id composita ab his: quibus ea cura iniuncta est: regente magistro: quem sua lingua ęgyptii Cyronem vocant. Vnde & orpheum: qua de re paulopost dicetur. Asserunt eum hunc morem apud ęgyptios cõspexisset: finxisse post modum inferos partim quę viderat imitatum: partim quę ipse commentus esset. Perducta in stagnum naui anteq̄ condatur in archam cadauer permittitur lege volenti mortuuꝫ accusare. Si quis comprobatur male vixisse iudices sententiam ferũt: qua censent corpus eius sepulchro priuandum. Qui deprehenditur iniuste crimen obiecisse magna mulctatur pœna. Cuꝫ deest accusator: aut per calumniã accusatũ constat: cognati finito luctu ad laudes mortui vertunt̃ nil de genere eius: sicut gręci consueuerunt narrantes. Existimãt enim omnes ęgyptii pariter nobiles esse: sed ordiẽtes a pueritia in qua vitę institutionem eruditionemq̄ recensent: ad viri

cadauerũ cura.

Cyron.

Inferorũ figmenta.

ętatem descendunt. Eius erga deos religionem iustitiam conti-
mortuorū laus. nentiam virtutesq̧ cęteras commemorantes. Inuocatis vero infe
ris dis prȩcātur: vt eā inter pios locent. Ad quę verba omnis mul
titudo correspondet: gloriam mortui extollens tanquam apud ī
feros cū beatis semper futuri. Sepeliunt postea quiq̧ suos hi in ꝓ
priis sepulchris. hi quibus ea desunt: domi apud firmiorē parietē
archa corporis erecta. Qui vero aut crimine aliquot aut fœnore
sepultura prohibentur domi absq̧ archa ponuntur. Quos poste-
ri ditiores facti ac debita crimina soluentes: honorifice sepeliunt
Gloriātur enim ęgyptii suos parētes maiore sue magnifice esse
pignora parētuʒ sepultos. Mos est apud eos defunctorū parentum corpora dare ī
pignus creditori. Summa illos qui non redimunt sequitur infa-
mia: & sepultura carent. Mirabitur quis merito eos qui hęc insti
tuerunt: non solum quę ad viuentium mores spectarent prosecu
tos: sed etiam quę ad mortuorum sepulchra cultumq̧ pertinerēt.
Adeo hoc pacto ad bonos mores quantuʒ fieri posset componi
vitam hominum extimabant. Gręci sane qui fictis fabulis ac poe
tarum dictis fidem excedentibus de priorum meritis malorumq̧
pœna tradiderunt: nequaq̄ potuerunt suis scriptis traducere ho
mines ad virtutē. Quin econtra potius derisi conteptiq̧ sunt ab
improbis. Apud ęgyptios vero non fabulis: sed visu impiis pœ-
na: iustis laus impartita. Singulis diebus vtrosq̧ eorum quę vi-
tę vtilia existant admonet cū videant cuiq̧ pro his quę ęgit debi
Leges optime. ti p̄mii memoriā ipēdi. Qua ex causa ad meliorē singuli vertun
tur viuēdi normā. Eas eñ optias esse leges putādū ē: qbus nō di
uites: sed honesti prudētesq̧ hoies fiāt. Igit̄ de ęgyptiis legūlato
ribus q eas tā admirabiles exqsitasq̧ tradidere dicendū videtur.

Ost antiquā ęgyptiorū vitā quā deū heroūq̧ tpe fuisse
fabulant̄ tradunt psuasisse primū multitudini scriptis
vti legibus. Minoē magni aī virū vitęq̧ inter oēs ꝓba
tę. Finxisse autem eas mercurii datas p̄cepto tanq̄ ma
Minos Legislator. gnorum bonorum causam futuras. Quemadmodum apud grę-
cos aiunt in creta quidē Minoē: apud lacedemonios ligurgū fe
ligurgi leges. cisse: quorū alter iouē: alter Apollinē suarum legum auctorē ex-
titisse dixit. Plures quoq̧ nationes eo mō traduntur leges susce-
Moysi leges. pisse: quę obtemperantibus multorum bonoruʒ causa fuere. Aria
neis namq̧ scribunt zatrastem simulato numine dedisse leges.
Getis eodē mō zamolxis vesteʒ ꝓferens leges tulit apud iudeos
Moyses abiao quem deum vocant accœptas leges date: per se

ferebat: siue putantes rem mirandã ac diuinã maximeq₃ mortalibus vtilem leges esse: siue vt citius populi ob rei excellentiam deum timore legibus obtẽperarent. Secundus apud ęgyptios legumlator dicitur vir prudentia excellens Sasochis Hũc & ad deum religionem cultumq₃ multa prioribus legibus addidisse perhibent: geometrięq₃ fuisse inuentorẽ: ac incolis astrorũ cursus ostendisse. Tertium Soosim regẽ tradunt: qui ad rẽ militarẽ & belli munia plurima cõtulit ĩstitutis suis. Quartus scribitur rex bucchoris tulisse leges: dederit & commertia hominum iudiciaq₃ cõstituerit: cuius mẽoria ĩ multis ob igenii acumẽ vsq₃ ad hoc tp̃s manet. Eũ dicũt ĩfirmo extitisse corpe pecuniarũ prę cęteris cupidũ. Post hũc legibus multa addidit Amasus rex: quẽ tradũt & de his q̃ ad monarchas ptinent: deq₃ oĩ ęgyptiorũ iconomia p̃cepisse. Hũc admodũ pspicacẽ scribũt: iusti ęquiq₃ amatorẽ: q̃ ex re ab ęgyptiis est rex constitutus: cũ regio gñe ortus nõ eẽt Cũ eliensses circa olympiacũ certamẽ occupati legatis ad eũ missis q̃sissẽt quo maxie mõ id certamẽ iuste fieret: si nullus eliẽsis certaret ĩñdit. Policratũ Samiorũ principẽ: q secum societatem coierat cum & ciues & externos eo nauigantes violẽtius tractaret: p legatos ad modestiam hortatus est quo sua cõcilia aspernãte p epistolaʒ societatem diremit: scribens cũ sciret illum breui impię tyrannidis pœnas daturũ nolle ex amici casu dolere. Admirati sunt gręci plurimũ viri prudentiã: cum policrati breui quod prędictũ fuerat euenisset. Sextum ferunt Darium Xerxis patrem legibus ęgyptiorum addidisse. Cui cum displiceret cambysis: qui antea regnauerat: erga deos ęgyptios iniquitas: humaniter pieq₃ vixit. Itaq₃ sacerdotes eorum haud aspernatus theologia ab illis gestisq₃ quę libris sacris continebantur pręceptis: priscoruʒ regum magnificentiam & ĩ subditos humanitatem historiam complexus ẽ Certe virtutem illorum imitatus ab ęgyptiis solus viuens deus appellatus est. Mortuus vero eos honores assecutus: qui regibus antiqua lege tribuebantur. Has cõmunes leges priores illi magna gloria tradidere. plura postmodum quę antea comprobata erant macedonum tempore sunt commutata. Nunc qui gręci sapientia & doctrina prędíti in ęgyptuʒ priscis temporibus transierint: vt leges & doctrinam illorum perciperent: recensebimus. Scribunt eorum sacerdotes in sacris contineri libris transisse primum ad ęgyptios Orpheum: Museum: Melampodem. Dędalum: homerum poetam: & spartanum ligurgum. Deinceps Solo

Sasochis
Geometria. *a quo inuenta*
Astrorũ cursus
Soosis rex.
Bucchoris.
Amasus rex.
Policratus.
Darii leges.
cãbyses.
Gręci in ęgyptũ.

nem athenienſem Platonem philoſophum Ac Samium pythagoram: Eudoxum quoq; mathematicum: ac Democritum abderitē & inopidem chium Omnium vero monſtrantur veſtigia: quorundam imagines: nonnullorum loca: tum ab eis: tum ab doctrina: quam ſecuti ſunt denominata. In ęgypto certe percœperunt omnia: quę illos apud grecos admirabiles fecere. Nam orpheum hymnos deorum plurimos: orgia & iferorum fictionem attuliſſe tradunt. Oſiridis ſane cerimonias & dionyſii eaſdez eē ſimileſq; eſſe iſidis cererisq; nominibus tantum differre. Impiorum vero pœnas & campos eliſios & ſtatuarum vſum ab ęgyptiorum ſepulchris ſumpta introduxit. Mercurium quoq; ſecundum antiquos deſtinantem finxit mortuorū animas. Erat mos ęgyptiis Apis corpus reducentem aliquid prope aſtanti cerbero abſciſſum porrigere. His ab orpheo ad grecos traductis homerus orpheum imitatus idem in ſuo poemate ſcribens ait mercurium cyllenium animas heroum euocare habentem virgam in manibus Rurſuſq; erant prope oceani fluxum & leucades petrā ſoliſq; portas & ſomnia populorum. Sequebatur virens paratum vbi iuniorum erant anime ſimulachra mortuorum. Oceanum igitur nilum vocant: quoniam ab ęgyptiis proprio nomine nilus oceanus appellatur. Solis portas heliopoli dicit: pratum vero habitationem confictam putat eorum qui trans paludem delati ſunt quę acheruſia nominatur. Ea prope Memphim: circūq; prata amœna: paludeſq; calamis plenę. Proſequitur deinceps mortuos hęc incolere loca quoniam ęgyptiorum ſepulchra maiori ſane ex parte in eis locis poſita. Corpora vero per fluuium & acheruſiam paludem ad ſepulchrum delata: ibiq; condita aliaq; plura quæ nunc etiam ſeruant ęgyptii: dant fabulis quę gręci de inferis finxerunt locum. Nam nauis quę vectat corpora varis appellatur. Hęc apud grecos epinathra. Obolum aiunt dari portitori cui nomen inditum eſt ab incolis Charon: Aſſerunt circa hęc loca hecates vmbroſę templum. Cocyti portas atq; obliuionis ęreis vectibus diſtinctas. Eſſe & alias portas veritatis: quas prope ſtatua ſit iuſticię abſq; capite. Multa quoq; alia fabuloſa de ęgyptiis ferunt: quę adhuc nomine & operę perſeuerant. Nā in vrbe Achanta trans nilum lybiam verſus procul a mēphi ſtadiis centum quinquaginta vas eſt pforatū: ad qđ ſingulis diebus ſacerdotes. ccclx. aquam ex nilo deferunt. Aſini etiam ficti fabula monſtratur in quadam celebritate. Nodos

vide q̄ priſci de diiis ſenſerūt

Charon

Dorm uerytatis

enim quos vnus in principio longiores funis cõplicat. Alii post equẽtes dissoluunt. Melampodẽ insuper ferunt dionysii sacra ab ęgyptiis ad gręcos transtulisse: quęue de saturno feruntur: deq3 titanum pugna historiam postremo omnem deorum passionem docuisse. Dędalum quoq3 aiunt imitatũ esse laberinthi errores: qui ad hoc vsq3 tempus manet. Hunc aliqui ędificasse dicunt Mendetum: alii naronem regem multo anteq̃ saturnus regnaret. Numerus priscarum apud ęgyptios statuarum idem est: qui est a dędalo gręcis factus Templi vulcani vestibuli quod pulcherrimum in mempbi situm est. Dędalum architectum fuisse constat obq3 eam rem a populo statua lignea in templo quę ab ipso fabricata sit donatum. Huic propter artis pręstantiam multaq3 ab eo inuenta magna gloria adepta deorum honores ac colę impenderant In vna enim mẽmphis insularum templuʒ nunc quoq3 est dędalo dicatum. Homerum in ęgypto fuisse: tũ alio multa iudicia feruntur tum maxime portio ab helena in p̄teritorum obliuionem Telamacho data. Nã potionem ad abolendum luctũ: quam poete helenã cõposuisse scribit: in thebis ęgyptis apollinia thomii vxore factã constat. Vbi nunc quoq3 mulieres hoc medicamine vtuntur. Apud solos vero heliopolitas Eędem enim heliopolis & thebe sunt: priscis etiã temporibus inuẽta esse tradũt & irę & doloris medicamenta. Venerẽ incolę ex antiquo hoie aureã appellãt: agrũq3 esse cõstat aureę veneris ꝑpe mẽphim. Quę de Iouis Iunonisq3 cõnubio traduntur: deq3 in ęthiopiã peregrinatione exinde videtur traductũ: quo annis singulis ęgyptiis iouis templũ traiecto flumine in lybiã fert: Et constitutis diebus iterũ ad priorẽ locum reducunt: tanq̃ ioue ex ęthiopia redeunte. Quinetiam ligurgus plato solon multas ab ęgyptiis sumptas leges ad suas res.p. detulerunt. Pythagoras insuper multa ex sacris libris geometriã quoq3 & arithmeticam pręcipit: ac animarũ in alia corpora trasmutationem. Existimãt autem & democritum quiq3 annis quibus in ęgypto fuit plurima in astrologia didicisse. Similiter & Inopidem cum sacerdotibus astronomiisq3 diutinus versatum: & solis circulum: & aliorũ cursus astrorũ: zodiacumq3 ac multa alia ab eis percepta ad gręcos digna laude attulisse. Sculptores antiqui maxie in honore ferunt Teledeus ac Theodorus chici filii: a quibus sami pithii apollinis simulacrum inest sculptũ Huius statuę medietas fertur Teledei opus fuisse: reliqua pars theodoro in epheso perfecta

Melampus. Dędalus. Mẽdes vrbs Vulcani tẽplum. Dędali templũ. homerus Potio ab helena inuẽta. Venus aurea. Iupiter. Pythagoras. Democritus. Teledeus Theodorus

His simul positi: ita couueniebat totum corpus: vt ab vno artifice sculptũ videret. Genꝰ artis grecis ignotũ: sed apud egyptios erat vsu cognitũ. Nã soli egyptii nõ oculis totius statue cõpositionẽ metiebant. sed dimẽsione vt ex variis multisq; lapidibus in vnũ corpꝰ ad certã mẽsurã redactis statua pficeret. Rex pfecto miranda diuersos artifices variis in locis ita in vnã mẽsurã couenire: vt quãdoq; ex viginti quãdoq; ex quadraginta partibus vnica statua cõponeret Quod in samo signuʒ simile operi egyptio a capite vsq; ad pudenda ita pari forma diuisũ constat vt vnius opus appareat. Et hec in modũ statue egyptie fertur ptensis manibus cruribus i ãbulantis modũ. Et de egyptiis hactenus: nunc ad assyrios transeamus. Finis

diuersi opificio

EXPLICIT LIBER SECVNDVS

Incipit tertius: in quo hec continentur. Primum.

Ninus. primus rex Asyriorum

SVperiore libro: iis que ad egyptiorũ deos nili naturã reges priscos: leges: mores: sacra ceteraq; memoratu digna ptinebãt descriptis: pñs ãtiquas asie res cõtinet iitio ab ĩperio assyriorũ sũpto. In asia priscis tẽporibꝰ regnauere indigetes: quorũ gesta nomẽq;

vetustas aboleuit. Primus rex assyriorū scriptores nactus est nin⁹ q eius gesta litteris traderēt. Is natura bellicosus & virtutis appetens: cū primū robustissimos iuuentū plurimo tēpore armorum vsu ad oēm laborū patientiā & belli pericula exercuisset coacto exercitu societatē iniit cū arieo arabū rege: quorū opes ea tēpestate: vt res erant: plurimū vi atq; ar mis p̄stabāt. Hęc gēs libertatē seruās nullū aduenā apud se regnare passa est. Ita neq; persarum neq; macedonu3 reges q̄uis potentes armis eorum imperio potiti sunt. Est.n inexpugnabilis ab externo milite: propter loca p tim deserta: partim arida aquisq; deficientia. Sunt tamen fōtes plurimi: sed absconditi ac solis incolis noti. Ninus igitur arabū rege assumpto exercitum induxit aduersus babylonios arabię conterminos. Nondum enim condita erat babylonia: sed alię circa vrbes nobiles incolebantur: quibus propter armorum desuetudinem facile superatis tributoq; imposito regem eoru3 cū filiis captum interemit. Deinde quibusdam armœnię vrbibus in potestatē redactis barzanes rex nino viribus impar cum multis donis occurens & se & regnum eius potestati permisit. Huic ninus magno vsus animo armœnię regnū restituit commeatu & militibus impetratis. In mediam deinde auctis viribus transgressus: cum ei Farnus rex cum exercitu occurrisset: pręlio victū cumq; vxore & septem filiis captum cruci affixit: prospera fortuna elatum ninum cupiditas: cœpit totius asię: quę inter tanaim nilumq; iacet potiundi. Secūdę etenī res vt plurimum maioru3 ingerūt cupiditates. Itaq; p̄side ex amicis quodam medię imposito ipse ad reliquā subiiciendā asiā profect⁹ oēm annis decē & septē p̄ter indos ac bactrianos ī potestatē redegit. Pugnas singulas aut deuictorū numerū nullus scriptor tradidit. Nos q̄ excellētiora ferūtur ethesiā gnidū secuti paucis narrabimus. Subiecit oēs maritimas ac p̄pinquas gentes. Egyptios: phœnices & interiorē syriā: ciciliā: pāphiliā: liciā: cariā: phrygiā: misiā: lidiā troada: & phrygiam quę est supra hellespontu3: propontida etiam ac bythiniam & cappadociam. & gentes iuxta pontū barbaras vsq; ad tanaim flumen sue ditionis fecit. Adiecit imperio cadusios: tapiros: hyrcanos: drancas: deruicos: carmanios: corūneos: rhombos: vorcanios: parthos: persas. pręterea ac susianos capiosq; ad quos angust⁹ est aditus: vnde & portę caspię appellantur. pluresq; alias quas recensere instituto opere p̄lixi⁹ esset ignobiles nationes. Initio cum bactrianis bello cum & locorum

Nini gesta.

Barzanes.

Farnus.

Caspię portę.

difficultate & hominū numero se tutarentur: retrocedens in tem pus aliud id certamē distulit. Deducto in syriā exercitu: vrbi con dendę locū elegit. Verū cū superiores ois gloria & rebus gestis supasset: & vrbē quoqȝ ingētē cōdere statuit: cui par magnitudi ne neqȝ fuisse antea: neqȝ esset futura. Arabū regē donis spoliis qȝ cumulatū magnifice cū exercitu domū remisit. Ipse coactis vndiqȝ viribus: & his q̄ ad tātū opus spectarent paratis supra eu phratē vrbē cōdidit nō ęqua laterū dimēsione: nā duę muri par tes lōgiores erāt reliquis. Horū latus quodlibet lōgitudine ēsta diorū centum quinquaginta. breuiores vero stadiis nonaginta Qua muri dimensione ambitus stadia complectitur quadrin gentaoctogita. Et sane spe sua nequaq̄ frustratus est. Nulla em̄ postmodum vrbs tanto ambitu tantaue mœnium magnificen tia constructa est. Altitudo murorum pedum & centum: latitu do qua tres currus simul perambularent. Turres mille & quin gente quarū altitudo pedū est ducētorū. Habitare eā coegit ma iori ex parte assyrios: & qdē potētiores. Ex reliquis nationibus voluntarios assumpsit. a nomine suo vrbem ninam appellans Agros ꝑpinquos habitatoribus diuisit. Condita vrbe arma in bactrianos vertens ibi Semiramidem vxorem cæpit quę cum clarissima omniū mulierum feratur: quomodo ex humili fortu na ad tantā gloriam peruenerit: haud ab re erit referre Est syrie ciuitas Ascalō haud procul hac stagnum est piscibus plenū iux taqȝ templum insigne deę quā appellant Dercetam facie homi nis reliqua parte corporis piscem. Huius causę fabulam ferunt Venerē aliquando obuiā ei deę factā amorē cuiusdam speciosi adolescentis sacrificanti sibi iniecisse: exqȝ eorū esse coitu filiam natam deam sui erroris pudore ductam amouisse adolescentem Filiam vero in loca quędā deserta ac saxosa in quibus aues erāt plurimę exposuisse ibiqȝ quasi diuino nutu ab auibus infantem nutritam. Se vero pudore doloreqȝ cōpulsam in lacum abiecisse atqȝ ibi in piscem conuersam. Vnde & syrii vsqȝ ad hęc tempora his piscibus abstinentes eos pro diis colunt. Tradunt rem miran dam aues infantem aliis confouentes nutrisse coagulato lacte ex proximis pastorū mappalibus capto. Acto anno cuȝ firmiori cibo egeret aues caseum eodē ex loco raptum ori infātis admo uisse. Qua re a pastoribus ex corrosione casei animaduersa in fantem speciosam forma cōpertam ferunt. nutritāqȝ apud se do no postea datam ꝑsidi pastorū regio nomine Simma. Hic libe

Vrbis ni nea ni uo con structe magni tudo.

De Sey ramidis ortu.

Fabula.

Ascalon

Derceta in piscē

Simma regius pastor

ris carēs vt filiā magna cura nutritā: Semiramidem ab auibus: eo enim nomine lingua syra vocantur: appellauit. Quas postmodum syri omnes vt deas honorant. Hec de Semiramidis ortu fabule tradunt. Que cum iam nubilis esset: ac pulchritudine ceteras excederet virgines missus a rege ad recensendos greges prefectus syrie Menones: cū apud Simmā diuertisset cōspecte virginis amore captus vxorē illā sumens duxit in ninā Ex qꝫ ea duos Iaparem atqꝫ Idaspē liberos genuit. Cum plures virtutes semiramidis formam exornarēt vir mulieri deditus nil absqꝫ eius agebat consilio. Ninus ciuitate a se cōdita adiecit animū ad bactrianos prīam mōtuosam: accessuqꝫ difficilē & hominū numero ac viribus validā. Cū aūt priori expeditiōe nil ꝑfecisset: maioribus opus eēt rat⁹ copiis coacto ex singulis gētibus electo igēti exercitu aduersus eos ꝑfectus est. Tradit ethesias scriptor pedites ad decies septies centena milia fuisse: equitū milia ducēta. Currus vero falcatos paulominus decem milibus & sexcentis: qui militum numerus icredibilis nunc forsan sit audientibus: sed haudquaq̄ ipossibile videbitur asie magnitudinē multitudinemqꝫ in ea nationū animo aduertenti. Nam si quis Darii aduersus Sa tas expeditionē cum octingentis militum milibus. Si quis item xersis in greciā trāsitū cum infinita pene hominū multitudine: siqꝫ i europa paulo ante res gestas cōsideret: minime dictis nostris abrogabit fidem. Nam ex vnica sicilie ciuitatum syracusis. Dionisius exercitum peditum centum viginti: equitum duodecim milium confecit. Naues magnas partim tiremes partim quiqueremes ad quadringentas ex vno eduxit portu. Romani paulo ante Hānibalis tempora futuri belli ꝓuidentes magnitudinē censu in italia tum ciuiū: tum sociorū qui bello apti essent habito decies centena ferme milia hominū descripsere. At ea ne vni quidem asie prouincie hominū numero comparanda est: que ideo recensuimus ne quis ex hac: que nunc est vrbium solitudine priscam illarum gentium expendat copiam. Hunc tantū numerū gentium. Ninus cōtra bactrianos patriā asperā atqꝫ angustam ducens exercitum in plures partes diuisit. Sunt in bactria plures insignes vrbes quarū vna ea regia est Bactra nomine prestantior ceteris habetur: tū magnitudine: tū arce admodum munita. Bactrianorū rex erat zoroastes: qui comparato hominum quadringentorū miliū valido exercitu nino in finibus occurrit. Permissaqꝫ de industria parte hostiū prouinciam ingredi pugna

semiramis

mēones

ibactria nos expetio.

siracuse

Bactra

zoroastes.

inita hostes in fugam versos superat: persequitur cędēdo vsq; ad montes ꝓximos ad centum milibus hostium cęsis: deinde auxilium ferente suis nino superati, a multitudine assiriorum Bactriani dispersi suę quisq; vrbi subsidio abiit. Ninus bactriam ingressus cęteris vrbibus captis bactriam & natura loci & rebus cęteris quę ad defensionē spectant munitā: cum expugnare non posset obsedit ꝓtracta lōgius obsidione vir semiramidis is nino aderat amoris ipatiens vxorē accersit: quę perspicax magniq; vltra muliebrem sexum animi tēpus nacta quo virtutem ostenderet: viā multorū dierū ingreditur. Induta eiusmodi formę stola vt vir mulierue esset negret pspici. Tuebatur ea ab itineris ęstu corpis colorem agilis ad omne opus. Cuius. tanta erat commoditas vt postmodum medi cum asię imperarent persęq; stola Semiramidis vterēcur. Cū venisset in bactriā pspecta obsidione. tum locis vrbisq; situ: quaq; adiri posset aiaduersis: arcem quia loco natura munito difficiliq; erat: & quā nullus antea tētarat accessu custodis vacuam conspexit. intentis omnibus veluti arce ab hoste tuta: vt inferiori parti cāpestri subsidium ferrent. Sumptis igitur qui p loca petrosa abruptaq; ascendere soliti erant p aditū vallis precipitem superata loci asperitate partem arcis cępit: magnoq; ad terrorē excitato tumultu signū captę arcis obsidentibus dedit Qui infra vrbē erant arce amissa obstupefacti derelictis mœnibus fuga saluti consuluerunt. Capta ciuitate admiratus Semiramidis virtutē Ninus imprimis eaʒ multis donis cumulauit deiñ pulchritudine eius allectus persuadere viro conatus est: vt illam sponte sibi vxorem condonaret: pollicitus filiam se matrimonio in eam gratiam daturum nomine Sosanē. Renuenti cōminatus est ei se oculos ni pareret eruturū. Hoc pculsus timore simul & amore incensus Menones cum laqueo vitam finisset. Semiramidem ninus vxorē cœpit. Thesauri omnes bactrianorū magnum auri atq; argenti pondus ad ninū perueniūt. qui constitutis bactrianorū rebus exercitum dimisit Genitoq; ex Semiramide filio cui nomen nini indidit: excessit e vita imperio vxori relicto. Sepultus est in regia sepulchro ingentis molis altitudine nouē stadiorū latitudine (vt ait ethesias) decem ei constructo. Cum ciuitas iuxta euphratem sit: in plano condita conspicitur velut arx q̄dam ea moles. Licet multis stadiis distans: quam nunc etiam stare dicunt. Post ninam a medis dirutam quo tpe assiriorum iperio potiti sunt. Semiramis magni mulier animi cupiēs virum rerum

Mira semiramidis & subtilitas & audacia.

Sosanes nili filia.

Mors menones.

Nini bustum.

gloria excellere vrbem in babylonia condidit: accersitis vndiq; opificibus atq; architectis cęterisq; q̄ ad tantā rē pertinebant pa ratis. Addidit ad id opus perficiūdum ex omni regno hominuȝ milia terdecies cētena. Vrbs ab vtroq; latere euphratis: vt medi⁹ interfluat ędificata: cuius mœnia ambitu stadia trecenta & sexa ginta complectebantur frequētibus turribus ac magnis. Erat tā ta operū magnificentia vt in muri latitudine sex equorū currus vna prodire possent. Altitudo incredibilis audientibus: vt ethesi as gnidius ait. Vt aūt clitarcus & qui cū Alexandro in asiā ꝓfe cti sunt scripsere: pedū trecentorū sexaginta quinq;. Addiderunt etiam qdlibet anni die stadiū muri absolutū: vt tot sit stadiorum circuitus: quot dies annū cōficiūt Męnia ex lateribus & asphal to facta: quorū altitudo (vt ethesias tradit) est passuum quinqua ginta. Vt quidā posteriores scribūt: cubitorū quinquaginta lati tudo amplior quā qua duo currus veherentur. turres ducētę qui quaginta numero: quarū altitudo latitudoq; magnificentiam ę quat murorū Non est aūt mirandū in tanto męniū ambitu pau ca turres ędificatas. Nam cū plurimę paludes vrbem circūstent: non fuit consiliū ea parte turres construere: quę loci natura esset admodum munita. Inter murum atq; ędificia pomerium duo iugera conficiunt. Vt celerius opus consumeretur: cuilibet ex a micis stadium perficiundum tradita ad impensa assignauit. His mœnibus summa cura vnico anno absolutis pontem qua parte fluuius angustior fluebat construxit stadiorū quinq; longitudi nis columnis in profundo summa arte inuicē pedes duodecim distantes: iactis lapides ędificii trūcis ferreis immixto iuncturis liquefacto plūbo cōiunxit. Ante colūnas ad impetum aquę scin dendū cursumq; fluuii reprimendū firmos cōposuit angulosquo ad oia q̄ vndiq; circūfluentis vi tutę essent pontē. Is triginta pe dum latitudine erat: ex cedrinis cyparissiq; ac palmarum trabi bus spectatę magnitudinis coniunxit Opus nulli arte posterius eorū quę a Semiramidide facta sunt. Ab vtroq; fluminis latere murum duxit stadiis trecentis sexaginta pari mœniū vrbis latitu dine. Regias iuxta flumen ex vtroq; pontis latere duas ędifica uit: q̄ & aspectum latę vrbis p̄berent. & essent tanq̄ ciuitatis pro pugnacula: euphrate ꝑ mediam vrbem meridiem versus fluente. Altera regia ad orientem: ad occidentem altera spectat: vtraq; i genti opere cōstructa. Nam quę ad occidentem vergit: primum habet ambitum stadiorum sexaginta altis & sumptuosis mœ

Babylō.

Duę babylonis regię

nibus excocto latere constructū. Alter deinde interior est circui- tus: cuius in crudis adhuc lateribus varia animantia: queq̧ suo colore ad nature similitudinē expssa fuere. Huius longitudo sta- diorū est quadraginta: latitudo laterum trecentorum. Altitudo (vt ethesias scribit) passuū quinquaginta. Turriū altitudo ad paś sus septuaginta eleuatur. Est & tertius intimus circuitus: qui arcē continet triginta stadiorum ambitu. Huius edificii altitudo lati- tudoq̧ superat secundi muri opus. Inerant diuersorum animaliū figure in turribus ac muris: colore quoq̧ ac forma naturali. Erat insuper omnis generis animantium venatio. Quorum magnitu do quattuor cubitus excedebat. In his semiramis conspiciebatur ex equo pardalum iaculata: iustaq̧ eam vir ninus iaculo leonez feriēs. Erexerat & portas tres: superq̧ eas varias ex ere posita or namenta. Hec regia excellentior ea: que ex altera sita erat fluuii parte fuit tum magnitudine: tum ornatu. Illius enim muri ambi tus triginta stadia ex octo latere complectebatur. loco animaliuz eneee statue inerant. Nini ac semiramidis prefectorumq̧: & Io- uis insup quem bellum babyloni vocant. Inerant & acies structe variq̧ venationis ad aspicientiū voluptatez. In loco babylonie humiliori lacū quadratū effodit: cuius singula latera ex latere co cto asphaltoq̧ edificauit: stadia erant ducēta: pfundita pedū tri ginta quinq̧: ad quā flumine sup inducto ab regia fossa vtrinq̧ a ditū fecit. Ex vtraq̧ vero parte ex cocto latere fornicibus cōstru- ctis asphaltum supinduxit ad quattuor cubitorū spissitudinem. Erant autem muri fosse latitudine laterū viginti. Altitudine su- pra fornices pedum duodecim. Septez diebus opere perfecto flu men priorem cursum restituit. Statuit autem ab vtraq̧ fosse par- te portas eneas: que vsq̧ ad persarum regnū stetere. In vrbis me dio templum ioui bello erexit: cuius amplitudinem neq̧ scripto res propter vetustam: neq̧ vlla memoria singulatim tradunt.

Constat tamen ob illius mirandam altitudinem a chaldeis: tum orientem: tum occidentem versus astrorum in eo obseruatione factas. Id ex latere atq̧ asphalto summa arte magnarum impen sa est constructum. In summo templis tres ingentes aureas sta- tuas Iouis Iunonis opisq̧ erexit: quarum Iouis adhuc extat lon gitudine pedum quadraginta mille babyloniorum talentorum ponderis Opis simili pondere in sella aurea residet: ad cuius ge nuat duo astant leones iuxtaq̧ serpentes argentei ingentis ma gnitudinis pōderis quilibet est talentorū triginta. Iunonis stans

Iouis Iunonis & opis statue

signũ põderis est talentorũ octingentorũ. Huius dextera caput serpentis tenet. Sceptrũ lapideũ sinistra. His oĩbus cõmunis erat mẽsa aurea manufacta lõgitudinis pedũ quadragita: duodecim latitudinis põderis talẽtorũ qnquagita. Duo pterita charchesia talentorũ triginta erãt: totidẽ vasa vaporibus apta vtrãq; talento rũ triginta Crateres ex auro tres: quorũ Ioui dicatus talẽta mille & ducẽta babylonia pẽdebat. Aliorũ qlibet sexcẽta: q̃ oia post modũ psonarũ reges surripuere Regię & reliqua ornamẽta tum tẽpore cõsũpta sũt: tũ ab hoĩb⁹ deleta. Ipsius quoq; babylonię parua q̃dã portio supstat maxĩa pte intra mœnia cultui agrorũ exposita. Erat & hortus pensilis iuxta arcẽ nõ a semiramide: sz a quodã syro rege postmodũ in gratiã pellicis factus. Quę cum persa esset genere cupiens in montibus. videre iuxta morẽ persarũ prata viro persuasit: vt artificio excitaret hortum: qui arboribus paratisq; patriã repręsentaret. Huius horti singula latera iugeribus quattuor extenduntur. Aditus velut in monte erat ædificiis altero super alterũ constructus: vt ex eo conspectus longe lateq; pareret. Testudines in solo posite erant: quę totius horti pondus sustinerent. Inde alię supra alias excrescente semper magnitudine ędificate. Nam superiores: in quibus horti murorum superficies continebatur: altitudine quinquagita cubitorum eminebant. Earũ latitudo pedes erant duodecim muri magna impensa constructi spissitudine erant pedũ viginti duorum Solum hoc modo constabat. Erant posite lapideę trabes longitudine pedũ sedecim: sex latitudine. Supra has ꝑ pauimẽto stratę arundines asphalto compactę. Desuper cocti lateres duplici ordine gypso structi. tertio tegulę plumbeę: ne qua humiditas ad testitudines manaret. Aquarum insuper receptacula: quibus humor efflueret. in hoc pauimento congesta humus profunda vt magnarũ arborum radicibus satis esset hortum efficiebat: in eo procerę omnis generis arbores aspectum iucundũ reddebãt. Lumẽ quoq; adeo testudines inuicẽ pbebãt: vt in eis regia diuersoria haberentur Pręterea aquę ductus occulte fabricatus rigabat hortum. Et hęc horti moles post modum facta est. Semiramis & alia vrbes supra euphratem tigriq; fluuios ędificauit: in quis emporia constituit eorum quę ex media ac paretanis omniq; propinqua regione ferrentur Post nilum enim & gangẽ flumina totius Asię nobiliora euphrates ac tigris ex armœnię montibus fontes habent. Distant autẽ ab inuicem sta

Hortus pensilis

Vrbium ẽporia.

diis mille & quingentis delatiq; per mediam & paretanos descẽ

Mesopotamia. dũt in Mesopotamiã: quã vndiq; circũdãtes regioni nomẽ indi derũt. Deinde p babyloniã fluentes in mare rubrum deferuntur: Flumina ingẽtia alueo cõpl'so magna emporia frequẽtãtib⁹ exi stunt cõmoditati. Vnde & locorũ q̃ iuxta aquas sũt mercatores cõtingit ditissimos eẽ Semiramis ex armoeniorũ montibus lapi dẽ excidi fecit lõgitudine pedũ cẽtum quinquaginta latitudine vero spissitudineq; quattuor & viginti. Hũc magna currũ multi tudine ad flumẽ delatũ nauiq; impositũ babyloniã detulit: in q̃ via insigniori erexit Res mirabilis aspiciẽtib⁹: quã a forma obe

Obeliscus. liscum dicunt inter septem miranda opera annumeratum Cum multa sint babyloniȩ aspicientibus admiratione digna non mi

Asphaltus. nus mirabitur quis magnam vim qui in ea gignitur asphalti. tanta enim illius superest copia: vt non solum satis tot tantisq; ȩdificiis fecerit. Sed et populus licet innumerabilis eo arefacto pro lignis vtatur: adeo magna illius copia tanquam ex largo fõ te haurientibus adest. Hunc prope fontem est terrȩ hiatus haud magnus sed virtute mirabili. Eicit. n. odorem sulphureum ac grauem: qui transeuntes animantes interfecit. Ita enim anheli tum comprimit: vt spiritu intercluso arrepta respirandi facul tate mors subito sequatur: est & vltra flumen palus breui circun scripta loco fumum habens circa solũ: in quã si quis inscius in grediatur euestigio attrahitur nulla data regrediendi facultate deide paulatim corpore quodam corporis totius in profũduz de latus mergitur pauloq; post mortui corpus supernatat. His per fectis operibus Semiramis magno cum exercitu profecta medi amversus cũ peruenisset ad montem: qui bastiganus appellatur

Bastiganus mons. Is ioui sacer est: castra posuit hortumq; iusta in cãpis parentibus cuius ambitus stadia duodecim cõplectebatur construcÞe fonte ibi erecto aqua cuius hortum rigaret. Pone hortũ saxum altitu dine stadiorum decẽ & septẽ scidens in inferiori eius parte suam effigiem centumq; ei dona ferentium sculpsit. Syris in eo lr̃is scriptum erat a semyramide subditorum opere id saxum fuisse

chaona excissum. Deinde cum a patre campestri ȩquato aggeribus sa xi prȩcipitio in summũ transcendens in ciuitatem mediȩ chao nam accessisset animaduersa in quodam elato campo stupen dȩ altitudinis ac magnitudinis petra. Hortum alterum per ma gnum in medio illius fecit vbi sumptuosa voluptatis delitiarum q; causa ȩdificia: ex quibus & hortum & omnem exercitũ (is in

campis erat) spectare posset: erexit. Hoc in loco diutius commo= ta est: qeti delitiisq; dedita. Nam alium virum capere noluit veri ta ne imperio priuaretur. Sed eos ex militibus eligebat: appete= batq; q in castris erāt forma & decore prestantes. Quos oēs po= stea priuabat vita: iter deinde p ecbatanos flexit ad iarcieum mō tem. Ad hunc multis stadiis per plura precepitia ac conualles e rat aditus. Cupiens ergo tum immortale sui monumentum relin quere: tum breuiorem facere viam abscissis anfractibus locisq; cō cauis ad planū deductis magno sumptu iter breuius reddidit. Quod vsq; ad hoc tempus Semyramis appellatur Ad ecbata= nā inde campestrē vrbem accedēs magno sumptu regiam edifi cauit. Verum cum aqua ciuitas nullis propinquis fontibus care= ret aque ductum in eam vrbem admodum necessariū magna im pensa laboreq; pduxit. Est mons vrbi ppinquus stadiis duode= cim nomine orontes asper & accessu difficilis: vt cuius recto iti= nere ascensus vsq; ad summitatem stadiorum sit viginti quinq; Ex altera montis parte lacus magnus fluuium effecit: quem illa effosso ab radice mōte i vrbem induxit. Erat fosse latitudo pedū quindecim: altitudo quadraginta quinq;. His in media gestis ve nit in psidem: aliaq; asie quibus imperitabat loca vbiq; montes saxaq; incidens viam facilem transeuntibus reddidit: i locis pla nis aggeres statuens: nunc sepulchra defunctorum ducum: nūc vrbes in eis edificauit. Cōsueuit & aliquando in castris paruos aggeres erigere vbi tentorium suum tendens castra despiceret. Quod factum est: vt vsq; ad nostram etatem multa in asia eius= modi rerum vestigia pdurent: que opera Semiramidis vocant. Vniuersa deinceps peragrata egypto libyaq; magna ex parte in ditionem redacta ad Iouem Ammonem transiit sciscitatur adeo sue vite finem. Dicitur responsum ei datum ab hominibus mi= graturam esse atq; a multis asie gentibus immortalium honores assecuturam. Idq; fore cum ei Ninus filius insidiaretur. Aethiopi am postmodū ingressa plurimaq; sibi subiiciēs multa in ea mirā da cōspexit. ferunt in ea stagnum esse quadratū: cui° circuitus. clx. efficiat pedes. Aque eius colorem similem minio: odorē sua= uem: neq; veteri vino dissimilē. Virtute vero mirabili: vt que po= ta insaniam vertens cogat occulta errata palam fateri. Sed his haud facile adhibetur fides. Sepulturas defunctorum ethiopes diuersas ab reliquis faciunt. Sallientes enim corpora inq; va sis vitreis nuda cōdētes supra colūnas ponūt. Ita p vitrū defūcti

Semira= midis lu xuria

Iarcieus mons.

Ecbata= na.

Orōtes mons.

ammon quē se= miramis cōsuluit

ethiopū sepul= chra.

responsum earum ... a ioue ...

corpus aspicitur queadmodũ scribit Herodotus: quod Gnidius ethesias improbat. Ait eñ falliri corpa: sed nequaq̃ i vitro nudos condi. Vti.n. ideoq̧ corrupta non posse spem seruarem: sed statu as aureas cauas fieri in quibus mortuos ponant vitro circum eã posito. Quo fit vt in locis superioribus site circunstãte vitro imago aurea defuncto similis reddatur aspicientibus. Et hæc ditiorum sepulchra esse affirmant. Tenuiores argenteas imagines ponunt Inopes vero fictiles. Vitrum abunde cum plurimum fiat in ethiopia omnes habent. Mores ethiopum aliaq̧ memoratu digna paulopost: cum res eorum prisce referẽtur: narrabimus. Cõstitutis ethiopie egyptiq̧ rebus Semyramis ad bactriãos asie cũ exercitu descendit maximas habens copias. Cum diutius paceȝ egisset honoris cupida excogitauit aliquod memoria dignũ bellum gerere. Audiens igitur indorum gentem maximã inter cetteras orbis regionẽ pulchrã fertilemq̧ esse: arma in indiã vertit. imperabat idis ea tempestate rex Staurobates maximo fultus exercitu elephãtisq̧ plurimis bello aptis. Est india pre ceteris pulchritudine excellens: ac multis que illam rigent fluminibus distincta bisq̧ fructus annuatim ferens. Adeo autem omnibus exuberat ad victum necessariis vt affatim vbilibet fructus prebeat. Dicitur nunq̃ i ea sterilitatem esse aut fructuum vastitatem. Est & i credibilis elephantorum numerus: qui virtute & robore corpis multo libycis prestant. Similiter auri: argenti: ferri: eris lapidum preterea p̄ciosorũ ceterarũq̧ rerũ: q̃ ad delitias atq̧ opes spectãt summa copia que singula nota Semyramidi ad bellum indicum eius aim impulere Videns aũt quantũ bellum susceptũ esset: magnisq̧ sibi viribus opus esse: oĩbus ꝓuinciarũ p̄fectis mandauit vt ꝑ magnitudine ꝓuinciarũ iuniores aptos bello cõscriberẽt vtq̧ nouas armaturas pararẽt. Reliquis quoq̧ edixit vt post triennium in bactris parati instructiq̧ adessent. Iussit p̄terea in phoenicea syria cypro aliisq̧ maritimis locis vbi ea materia suppetit naues fluminibus aptas que diuidi possent: parari. Indus.n. magnus pre ceteris eius loci fluuiis regnũ indorum terminans pluribus tũ ad trãsuehendũ: tũ ad ꝓhibẽdos a ripa hostes nauigiis eget. Et cũ iuxta flumen haud quaq̃ materia esset nauibus apta necesse fuit illas ex bactris ꝑ terram vehere. Inferior vero elephãtorum apparatu rem excogitauit: q̃ terreret indos cogitantes nequaq̃ extra indiam elephantos esse. Occisis igitur trecentis boum milibus carnes operariis concessit: coria in sui fecit ele-

Vitruȝ i ethiopia

In indiã expeditio.

Staurobates.

Indie laus.

elephãti

Indus fluuius.

Mira semiramidis astutia.

phantorum instar. Quę postmodū fœno referta veri elephanti spēm p̄ferebāt. Intus hoīem. Camelumq̧ sup quo sedēs formam bellug duceret inclusit. Hęc in loco semoto occlusoq̧ actane qua exterius emanare possent: vtq̧ indi iprouisa repculsi veras bestias existimarent. His biennio cōfectis tertio copias oīs in bactris coegit. Fuit militū numerus (vt cthesias tradit) terdecies cētena miliū Equitū milia qngenta Currus ad milia cētū. Erāt toti dē nūero hoīes supra camelos cū gladiis cubitorū quatuor. Naues diuersę ad duo milia Quas vna & elephātorū simulachraca meli deferebāt. Assuefecit autē equos ne eis simulachris terrerentur Qđ & p̄seus macedonū rex multis post annis in eo bello imitatus est quod cum eo romani elephantos habentes libycos gessere. Verum neq̧ illi in bello neq̧ Semyramidi profuerunt. Audita rex indorum tum exercitus magnitudine: tum ingēti apparatu belli conatus ē excedere Semyramidis vires. Et primum ex arundinibus nauigia confecit ad quattuor milia fluuio accōmodata. Ferunt enim indie: tum flumina: tum loca palustria arundinum copiam ita crassorum vt nequaq̄ ea vlnis homines amplecti queant. Ex his naues optimę fiunt propter arundinuȝ robur. Arborum quoq̧ omnis generis copiam parauit. Ex vniuersa india accitis maioribus q̄ quę erant Semyramidis copiis. Elephantorumq̧ siluestrium venatione facta plurimos ad bellum instruxit. Vt terrorē aspicientibus iniicerent Omnibus quę belli vsus poscit: pręparatis nuncios ad semyramidem iam appropinquantem mittens reprehendit eius ambitionem: q̧ nulla iniuria lacessita bellum sibi inferret. Multisq̧ verbis eam per litteras incusans deosq̧ inuocans testes minatus est acie victa esset se illam cruci affixurum. Lecta epistola ridens Semyramis non verbis sed virtute certandum esse respondit. Deinde ad indum pueniens inuenta classe ad certamen parata Et ip̄a suas naues electis militibus instruxit Ibi durū certamen cōmissū ē ac diutius magnis vtrinq̧ viribus pugnatū. Tādē superata indorū classe: quą in pugna ad mille naues submersę sunt multiq̧ mortales capti: pōtē quo facilior esset transitus supra flumē cōstruxit: p̄sidioq̧ ab vtroq̧ latere impositos oīs copias traduxit: insulas quoq̧ ac vrbes in flumine sitas cępit ad centum milia hominū in seruitutem redactis. Classe amissa indorū rex simulans suas copias procul a flumine retro aduxit: vt hostes id formidine

Bellicus apparatus.

naues optim ex arundinibus

aīaduerte dictū

Vincit classis indica.

factũ ratifluuiũ transiret. Quo cognito Semyramis cum ex vo-
to res cęderet pte copiarũ ad pōtis custodiã relicta : indos cum
reliquo exercitu prosecuta est. Pręcedebant elephantorũ simu
lachra: quo regii exploratores elephantorũ apparatu conspecto
regi metũ iniicerent. Verũ ea simulatio haud diutius latuit Naꝫ
admirantibus indiis vñ tãta illi elephãtorũ copia suppeteret: qui
dã ex Semyramidis exercitu nocte capti rẽ ꝓdidere. Quapro-
pter cõfisus suis viribus rex fictionẽ elphãtorũ ꝑdicẽs: vt sublato
metu acrius pugnã inirent: copias oĩs aduersus assyrios eduxit
Instructa quoqꝫ acie Semyramis ꝓficiscebatur. Appropinquan
tibus exercitibꝰ rex eqtes ac currus in pria acie ante phalãgeꝫ de
stinauit. Semyramis simulatis elephãtis aduersus eqtes ꝑmissis
initoqꝫ certamine regios eqtes fudit. Assueti.n. veris elephantis
eqnoua forma olfactuqꝫ insueto turbati sũt: itaqꝫ pars in hostes
equorũ impetu: pars in alia loca defertur. Semyramis cũ electis
militibus victoriam secuta imprimis pugnans indos in fugam
vertebat. Quibus ad phalangẽ refugiẽtibus: Staurobates haud
ea re perculsus aciẽ peditum ꝑcedentibus elephantis ꝓmouit.
Ipse in dextro cornu pugnans supqꝫ valido elephante insidens
aduersus reginã virili aĩo proficiscitur casu eodem in cornu pu
gnatẽ. Veri elephãti contra simulatos ibãt neqꝫ pari robore pu
gnabatur. Superiores erant regii. magnãqꝫ edebant assyriorum
cędẽ: partim qui elephantorũ pedibus conterentur : partim qui
interirent: aut lacerati dentibus aut a proboscide absumpti. Cũ
magnus interfectorũ alterius super alterũ cadentium: cumulus
fieret timor ac terror oĩa cõplesset : nulli iã ordinem seruabant.
Ita omibus ferme assyriis ad fugã intentis rex Semyramidi casu
obuius primũ sagita brachiũ eius deinde iaculo humerũ sau-
ciauit. Regina haud quaq̃ vulnere (Leue.n.erat) exterrita cum
equum ascendisset bellua insequẽte ferme capta est. Oẽs in fugã
versi ad naues tendunt. Insequentibus indis magna cędes facta
est per loca tantę multitudini angusta. Cum equitibus pediti-
busqꝫ qui ad pontem tendebãt imixitis alter alteri impedimẽto
esset: vt neqꝫ fugę neqꝫ salutis vllus daretur locus. Sed ipsi suo
met tumultu oppressi interirent. Multi ex vtroqꝫ pontis latere ꝑ
fugientium multitudine in aquã ꝑcipitati sunt Semiramis: cuꝫ
maior eorũ pars: qui bello supfuerant flumen transissent: pontẽ
dine prudētiaqꝫ excellēs mirabili ingenio fuit. Nā & fistulā pluribus calamis compactā & ad lusum choreasqꝫ cymbalum tympanūqꝫ prior adinuenit. Preterea pecorū puerorūqꝫ morbis remedia introduxit. Itaqꝫ tum propter infantes quibus verborū medicaminibus salutē prębuit: tum quia plurimos velut in sinu fouit tum etiam propter diligentiam amoreqꝫ singulis prestitam matrem ab omnibus dictam ferunt. Amicitiā quoqꝫ eius appetisse Marsiam phrigē ingenio prudentiaqꝫ mirabili. Coniecturam ingenii sumūt ꝙ vocis sonum multiplicis fistule imitatus ad tibias eam armoniam traduxit: prudentię ꝙ vsqꝫ ad extremum vitę finem celebs vixit. Cibeles prouecta ętate adoloscentem quēdam eius regionis Atim nomine dilexit: quē postmodū dixerūt papam. Cum eo clam coiens grauida facta est. Quod vt parentes norunt in regiam accitam vt virginē pater suscepit Noto filię peccato & Atim & nutrices interfici iussit atqꝫ insepultos abiici. Cibelem: tum Atis amore: tum dolore nutricum perculsam insaniam effectam in publicum prodiisse ferunt psallentemqꝫ cum tympano solam vniuersam patriā sparsis capillis deambulasse: huius marsias misertus spōteqꝫ illā assecutus vna pererrauit pristine amicitię memor. Cum ad dionysium in nysam vrbē venissent inuenere Apollinem magna existimatione habitum ꝙ primus diceretur citharā reperisse. Orta inter eos artis cōtētione niseos iudices instituerūt. Apollo primū cithara simplici vsus est. Marsias vero tibiis. Quibus admodum vt re noua audientes obstupuere. Eo in certamine soni suauitate apollinem visus est superasse. Ambo astantibus iudicibus cum artem quilibet suam preferret. Apollo modulationem cantus ad cithare suauitatē adiecit Quapropter tibię sonū visus est excedere. Quod marsias ęgre ferens audiētes monuit minime se victum esse. Nō.n. vocis sed artis comparationem fieri oportere secundā quam armonia ac suauitas tū citharę: tū tibiarū esset exquirenda: iniquum preterea esse duas simul artes vni conferri: tunc apollo respondisse fertur se nihilo plus ad sonum q̄ Marsiam adhibere: nā & ille quoqꝫ ore vteretur cū tibias inflaret. Oportere igitur aut ambobus idem licere aut neutrū ore sed manibus ostendente suæ artis modulationem. Cum videretur iudicibus equiora apollinem postulare artibus iterū cōparatis aiunt denuo Marsiam esse victū. Apollinem vero ea cōtentione exasperatū viuū Marsiam excoriasse. Verum extemplo pœnitentia ductus ęgre quod egerat ferens proiectis

vide q̄re cibe. mater dicat̄

marsias phrigi⁹

Atis cū cibele cō cubitus

Cibeles insania

Apollis & marsie contentio.

Acuta apollinis respōsio

cithare cordis inuentam ab se armoniam deleuit. Ad hanc postmodum muse mediam linus quam licanon Orpheus & Tamyras quam hypatem parhypatē musici dicunt addiderunt. Apollinem ferūt cithara tibiisq; in antro dionysii positis cibeles amore captū cū ea vsq; ad hiperboreos errasse. Cū phriges morbus opprimeret terra nullos pberet fructus sciscitātes deū malorū remedia oraculo pceptū est vt atis corpus sepelirent & cibelen venerarent vt deā. Nō repto Atis quod tēpus absūpserat corpore phrigesimaginē adolescētis circa quā planctu ac lamētis sacra inibāt fecere irā inique mortui mitigantes. Que cōsuetudo penes phriges vsq; ad hec tēpora pmansit Cibele vero ara erecta annis singulis sacrificabant. Postmodū in pessinūte oppido phrigie sumptuose cōstructo templo honores illi sacraq; solennia constituerunt. Mida rege ad ea plurima conferente positi erant circa dee statuam pardali ac leones a quibus olim esset enutrita. Hec dea cibele deorū matre apud phriges deq; athlantibus qui circa oceanum regnarunt traduntur.

Cibele dea Atis deus.

Post iperionis interitum asserunt cœli filios imperium diuisisse ex eis fuisse athlantem & saturnū nobiliores athlanti loca ad oceanum posita sorte euenerunt:q & populo suo noie & maximū ppe oceanū montium appellauit athlantē ferunt ipsū astrologie fuisse pitissimū deq; spa primū iter hoies disputasse q ex re visus ē orbē suis humeris sustinere locū phentē fabulis spere inuētiōe. Hūc aiunt plures sustulisse filios: sed vnū pietate ac in subditos iusticia humanitateq; insignē quē hesperum appellant. Qui cum in athlantis mōtis cacumen ad seruandos astrorum cursus ascendisset subito a ventis arreptus nequaq amplius visus est. Ob eius virtutem casum hūc miserata plebs honores sibi prebens immortales astrum cœleste lucidissimum eius nomine vocauit. Fuerunt insuper athlanti filie septem a matris nomine athlantides vocate quis cuiuslibet proprium nomen esset Vt maia. Electra. Taygete. Astrope. Merope. Alcione Celeno. Has tradunt: tum ab heroibus tu3 ab diis cognitas & deos propter virtutem & eos quos heroas dixerunt veluti principes generis hominum peperisse. Veluti prior etate maia ex Ioue Mercurium genuit multarum rerum apud homines repertorem. Eodemmodo & relique athlantides singule filios ediderunt prestanti virtute: quorum hi quide3 gentiū hiyibium conditores extiterūt. Itaq; nō solū barbari qdā

Athlas astrologus. aiaduerte quid athlas celū sustinere dicatur. Hesper[9] a ventis raptus. Septē athlantides. Mercurius iouis & maie filius.

Maia
t lectra
Taygete
Astrope
Merope
Alcione
celeno.

ſed etiam grȩcorũ plurimi priſcorũ heroum genus ad iſtas ret tulerunt. quas cum prudentes fuiſſe conſtat: tum poſt obitum ho nores deorũ immortalium adeptas pliadũ appellationẽ cœpiſſe Nymphȩ quoq; dictȩ ſunt: quoniam cõi verbo mulieres oẽs Nymphas incolȩ appellãt. Saturnũ athlantis fratrem aiunt ꝑci pua impietate auariciaq; ꝑditum vxorẽ cœpiſſe Sororem rheã Ex qua ortus eſt Iupiter olympus poſtea vocatus. Fuit & alter Iupiter cœli frater qui in creta inſula regnauit multo gloria inferior poſteriore: hic.n. imperauit orbi. Superior cretȩ tantum Genuitq; filios decẽ: qui curete ſunt appellati: Inſulã quoq; ab vxore ideã vocauit. Ibiq; poſt obitum ſepultus eſt: cuius & hodie mõſtrari ſepulchrũ ferũt: ꝓut etiã teſtant̃ cretes: de quibus poſte rius referemus Regnauit ſaturnꝰ i ſicilia lybia ac etiã italia: ſed ꝑcipue in locis ad heſperũ ſitis. Eius iperii firmamẽtũ fuit. Apđ oẽs vero arces vrbiũ & loca munitiora tenuit quo firmius impe riũ foret. Eo ad hoc vſq; tẽpus & in ſicilia & in occiduis oris edi tiora loca ſaturnia dicta ſũt. Ex ſaturno Iupiter ortus q̃mdiuerſa a patre vitȩ inſtitutione erga ſingulos mãſuetudine atq; huma nitate vſus eſt a populo pr̃ eſt noiatus. Regnum is deinde cœpit partim concedente pr̃e partim populis ab eo ꝑ odium deſciſcẽ tibus. Aduerſus quẽ cũ Saturnus titanum ꝑſidio fiſus pugnaſſet acie victus eſt. Iupiter ſuperior imperium aſſecutus vniuerſum orbẽ perãbulauit plurimũ de genere hominũ meritus. Viribus corporis virtutibuſq; excellens breui totius orbis imperio po titus eſt. Omne eius ſtudium in puniendis impiis facinoroſiſq; hominibus ac in bonorum ꝓmiis cõiq; populorum vtilitate ver ſabatur. Quibus rebus poſt vitȩ finem Iouem dixere: eo ꝙ bene viuẽdi cã hoibus extitiſſet. Creditus vero deus in orbe eſt ab his de quibus bene erat meritus. Sponte illum omnibus & deum & dñm in ſempiternũ vniuerſi orbis profitentibus. Quoniã in his quȩ de rebus ȩgypti a nobis relata ſunt Dionyſii genus geſtaq; tetigimus ȩquum vr̃ vt q̃ de hoc a grȩcis deo ſcribuntur lr̃is mã demus. Verũ cum priſci rerũ ſcriptores poetȩq; qui de Dionyſio miranda q̃dam lr̃is tradidere de eius gñe ac geſtis diſſentiũt diſ ficile vr̃ verũ in his rebus exquirere. Nã hi quidẽ vnicum Dionyſiũ reliqui tres ſcribũt fuiſſe. Sũt q eius genus nequaquã mortalibus fluxiſſe dicant. Exiſtimentq; illum vini extitiſſe auctorem. Sed nos q̃ de eo feruntur paucis tranſigemus. Naturales qui de hoc deo loquuntur viniq; eũ repertorẽ putant: terram aiunt vna

Saturni & Rhee cõnexio

Satur nia loca

Iupiter pater.

dionyſius

Vinum.

cum cęteris plantis sua sponte vites tulisse non ab aliquo principio satas. Huius rei coniecturã sumunt: ꝙ nunc quoqꝫ in quibusdam siluestribus locis nascantur vites: fructũqꝫ veluti reliq̃ arte hoim culte ferãt. Duas dionysio matres prisci fuisse arbitrãtur. Vnã & eã priorẽ generis qñ vitis in terrã posita augmentum capit secundã quãdo racemos produxit. Itaqꝫ altera huius dei ex terra: altera ex vitis fructu fert generatio. Sunt q & tertiã generationẽ ipsi attribuãt: ex Ioue ex cerere genitũ ferentes a mortalibusqꝫ dissipatũ ac decoctũ rursus a cerere mẽbris cõpositis iuuenẽ factũ reuixisse. Quę oia ad naturales traducunt rationes. Iouis enim & ceteris filiũ ob eã causã tradũt quoniã vites ex terra & pluuia nutritę producant racemos: ex quibus vinũ exprimatur. Ab hominibus vero dispersum eo quod agricolę fructum auferant: terrãqꝫ homines cererem putent membra eius decocta quoniam plures vinũ decoquãt tanq̃ melius ac suauius futurum A mortalibus vero membra dispersa iterum in ordinem redacta terram ostendit certo anni tempore acta vindemia denuo nouos fructus proferre. Deniqꝫ ab antiquis poetis scriptoribusqꝫ traditur cererem fuisse terram matrem appellatam. Eadem quoqꝫ & orphei tradunt poemata & in cerimoniis introducuntur de quibus haud quaquam fas inscios loqui. Eodem modo ex semele ortum ad naturale principium deducunt: asserentes Thionem ab antiquis terram fuisse nominatum: Semelę eo ꝙ honesta sit eius dei cura & honor. Thionem vero sacris ei impensis vocatum. Bis ex Ioue natum tradunt: quoniam vites deucalionis tempore vna cum cęteris arboribus diluuio sint absumptę Deinde iterum exortę veluti hęc secunda extiterit dei apud homines procreatio. Qua ex iouis femore natam denuo hũc deum scribunt. Qui igitur vini repertorem dionysium volunt huiusmodi fabulas scripsere. Qui vero hunc humano corpore deum perhibent fuisse eadẽ tradunt: & vites eũ in vini vsum adinuenisse. Vtrum dionysii plures fuerint incertum est. Quidam vnum extitisse volunt qui & vinũ reperit & arborum fructus. vniuersũqꝫ peragrarit orbem. Initiationesqꝫ ac cerimonias & bacchanalia introduxerit. Alii tres vt diximus diuerso tempore fuisse scribunt ꝓpriis cuiqꝫ gestes attributis: priorẽ indum volunt extitisse terraqꝫ sua sponte ob solis fertilitatem vites ferentes ex vua vinũ elicere ficus cęterarũqꝫ arborũ curã. Et horũ insuper cõmedendorũ vsum edocuisse eũdem (quoniam indorũ sit moris per

Vites

Ceres.

Quare dionysius bis natus.

dionysius barbarus.

omnē vitā barbā nutrire) barbatum cognominauerunt. Hic orbē cū exercitu perambulans & vitē plantare & ex racemis vinuʒ torculari ex quo ipsū lenęū appellant educere mōstrauit. Plura insuper ad hominū vsū ab eo adinuēta causā vt post mortē pro deo coloretur prebuere Ostendi quoqȝ etiā nūc apud idos aiūt & locuʒ: in quo sit ortus dionysius: & vrbes eius noie ab incolis appellatas. Multaqȝ ꝑterea alia extare q̄ lōgū esset scribere vestigia illū apud indos natū testātia. Secūdū ferūt ex Ioue genituʒ & Proserpina vt alii sentiūt ex cerere: quē tradūt tū primū boues ad aratrū iunxisse cū terra prius manibus homim colerēt multaqȝ alia instrumēta reperisse agrorū culturę accomodata. Quo minore labore rustici opus facerēt. His erga hoies beneficiis cū eū censerent immortalem & honores illi & sacra vt deos instituta sunt. Addita fuere veluti insigne quoddam ad picturas eius statuasqȝ cornua: tum ad monstrandam alteram Dionysii naturā: tū ob perutilē agricolis aratri inuentionē. Tertiū ex Ioue ac Semele cadmi thebis boetię natum dicunt. Iouē eṁ ferunt amore illius captum cum ea sępius cubuisse. Iunonem zelo & ira motam sumpta vnius ex semeles ancillis forma ad vlciscendum iniuriam suasisse illi ab ioue petere: vt ea maiestate honoreqȝ secū concūberet quibus cum iunone consuesset. Quod postulatum annuēs Iupiter cum tonitruo ac fulmine ad semelem descendit quę insolita re territa: expirans abortū est editum ante tempus filium Iupiter absconditum in femur cum tenuisset partus tempore editum in nysam arabię vrbem tulit: vbi nymphis educatus infans a patre locoqȝ appellatus Dionysius est. Hic specie decorus primo in choreis & mulierem thyrsis summa in voluptate ludoqȝ nutritus atqȝ educatus est. Tum fœminarum exercitu quas thyrsis armauit congregato orbem terrarū circuit Eos qui pie iustę viuerent sacra mysteriaqȝ docens. Festos ꝑterea vbiqȝ dies publicę choros agi & musicam exerceri artem instituit. Postremo sedatis inter omnes nationes vrbesqȝ discordiis bellisqȝ vbiqȝ sublatis pacē singulis largitus est. Ita vulgata tanq̄ ꝑsentis dei fama cum ad vitę ciuilis cultuʒ homines traduxisset passim ei occurentes cum leticia gaudioqȝ excipiebant. Paucos aūt ob superbiam impietatemqȝ spernētes eum cum ꝓpter incontinentiam dicerent bacchides ab ipso circunduci. Cerimonias vero ac mysteria ad corruptelam externarum mulierum introducta ex templis pœna affecit. Ob diuinam animi naturam

Lenęus

dionysius secūdus.

Dionysius tertius

Iunonis cautella

Pātheū agonē & multos alios bacchi furore correptos intelligit

aliquando plectebat impios: quandoq; insanos reddens quandoq; mulierũ manibus virorum membra discerpẽs. nõnũq̃ militum opera sibi aduersantes vltus. Tradidit quoq; bacchidibus ꝓ thyrso iacula mucronem ferri edera circũdante. Quę tanq̃ muliebria spernentes reges eoq; imparatos adortus prẹter spem superauit. Insignes inter mulctatos ab eo ferũt gręcũ penthea. Nynũ indorum regem. Ligurgum thracem. Tradunt enim Dionysiuz ex asia in europam cum exercitu transiturum cum ligurgo thracem qui sunt ad hellespontum reges societatem coisse. Cum fœminas primum thraces velut amicos traduxisset iussisse ligurgũ noctu milites suos Dionysium aggredi ipsumq; & pellices omnes obtruncari. His per quendam accolam Tharopam nomine cognitis territus Dionysius cum nondum transfretassent milites amicorum pręsidio occulte ad exercitum transiit. Ligurgus pellices aggressus in loco qui appellatur. Nysius omnes interemisse dicitur. At Dionysius exercitu traducto thracẽ pugna superatum captumq; priuauit oculis domesticis eius cruci affixis. Tharopi memor beneficii thracum imperium cõcessit tradito ei orgia celebrandi modo: huic agrus filius succedens & regnum & cerimonias mysteriaq; tradita suscepit. Quibus postmodũ ab orphẹo ingenio & eruditione pręstanti percœptis cum nonnulla ad orgia tradidisset repertas a Dionysio cerimonias orphea posteri appellarunt. Poetarum quidam interq; eos Anthimachus tradunt non thracum: sed arabum regem fuisse ligurgum: & qui dionysio & bacchidibus in nysa arabię cum exercitu occurrisset. At dionysius pœna impiis pręmio bonis affectis ex indis thebas elephanto vectus peruenit. A triennio vero iis peregrinationibus exacto gręcos instituisse triateridas tradunt. Ipsum quoq; fabulantur multarum gentiũ spoliis onustum primũ omnium in patria triumphasse. Sed in hoc genere maxime conueniunt prisci. Disputant vero non paucas gręcarum vrbes ab his fuisse conditas. Nam Illienses nasii & qui ciuitates incolunt liberas insuper Teti aliiq; plures suos fuisse illos ostẽdunt cõditores. Teti quidẽ apud se ortum ea tradũt cõiecturaq; etiam adhuc ĩ eorũ vrbe certo ãni tẽpore e terra vini fons sua spõte fluat sapore suauissimo. Cęteri vero hi quidẽ ostentant suã regionem dionysio dicatã: hi erecta tẽpla illi sacraq; olim statuta: postremo cum in pluribus orbis locis illius dei meritorum vestigia mon-

Marginalia: Tharopes bacchũ liberauit. — Orgia — triũph' primus — vini fõs

strentur: haud mirum est multos existimare suas vrbes patriamq̧ p̄ ceteris a dionysio dilectas. Sentit & poeta nobiscū enumerās ī hymnis eos: qui de suo genere ambigūt & simul illum asserens i arabię nysa ortum. Haud vero inscius sum libię quę ad oceanum vergit accolas de huius genere differētes Nysam & alia q̄ de dionysio feruntur quorū multa apud eos aiunt permanere ad hoc vsq̧ tēpus vestigia apud se facta contendere. His plures prisci grecorum scriptores poetęq̧ hiq̧ etiam qui postmodum secuti sunt assentiuntur. Nos vero vt nihil eorum quę de dionysio comperimus scripta omittantur paucis: quę tū a lybiis dicta: tū a grecis scriptoribus presertim a Dionysio veteris historię auctore tradita sunt absoluemus.

Dionysii gesta

HIc enī Dionysii amazonū argonautarū troianiq̧ belli gesta ac plura alia memorię pdidit inuicē conferēs & q̄ a priscis poetis & quę ab historicis narrātur. Hic ait primum linum in grecia numeros ac melodiam reperisse Cadmū ex phoenicia aduexisse litteras. primūq̧ grecā linguā inuenisse ac rebus dedisse nomina. Ad hęc characteribus formam addidisse: cōmuniq̧ verbo litteras quoniam ex phoenicia traducte essent appellatas phoeniceas. Sed a pelasgis qui primi eis litteris vsi sunt pelasgas dixere. Lini tū poesi tū melodia excellentis plures discipuli extitere: Horum tres pcipui habiti. Hercules: Thamyris: Orpheus: Hercules cytharā discēs cū igenio esset tardo ob eamq̧ rem vapularet ira motus linū cythara peremit. Thamyris natura ad percipiendū apta musicam didicit. In qua cum plurimū excelleret dixisse illum aiunt [illegible]ua uis se q̄ musas cantare: quibus irritatę verbis deę & eum priuarunt musica & liram abstulerunt quemadmodum homerus his consentiens scribit. De orpheo singulatim referetur: cum eius opera a nobis recensebūtur. Linum tradunt primi dionysii gesta litteris pelasgis edidisse quibus & orpheus vsus est ac pronopides homeri magister vir igenio musicaq̧ egregius. Thymitum isup thymiti laomedōtisq̧ orphei ętate fuit plurimis orbis peragratis locis i lybiā occidentem versus oceanum vsq̧ cū descēdisset: vidisse nysā in qua prisci incolę nutritum dionysium volūt ibiq̧ diligenter actis huius dei apud nyseos perquisitis composuisse poema ferunt: quod phrigium nominari antiqua lingua & litteris priscis editum. Asserunt preterea ammonem lybię partis regem vxorem coepisse rheam coeli filiam Saturni aliorūq̧ Titanū sororem qui regnū

Linus numerorū & melodiarū inuētor

Cadmus grece lingue inuentor.

hercules i mgrm̄ isurgēs

pronopides homeri magister.

perambulans iuxta ceraunios mõtes cõſpectã ab ſe virginẽ forma pulcherrimã Amaltheam nomine adamauit: filiamq́ꝫ ex ea genuit ſpecie ac robore corporis inſignem. Amaltheam vero propinquę orę ꝑfecit bouis cornu perſimili: ex quo occiduũ coruu ſit noĩata. Et quoniã ea regio eſſet vineis cęteriſq́ꝫ fructiferis arboribus referta a muliere aũt regeretur amaltheę cornu eã dixere: ꝓpterea & poſteri hoĩes optimam copioſamq́ꝫ fructibus patriam ab ea ſimilitudine amaltheę cornu appellarũt. Ammõ rheaꝫ veritus infantẽ abſconditũ clã in vrbẽ nyſam ab eis locis remotiorẽ tranſferens inſulã a tritone fluuio circundatã ꝑcipitẽ ac vndiq́ꝫ abruptã vnico difficiliq́ꝫ aditu quẽ portas nyſias dicũt vbi nutriretur elegit. Eſſe in ea inſula tradũt terrã fęlicẽ amęnis pratis diſtinctã & multis irriguã aquis. Fructus inſuper multiplices & vites ſuapte natura ortas magna ex parte ſuper arbores diffuſas. Salubrẽ ꝑterea aerẽ adeo: vt illius hoĩes lõgiori q̃ cęteri ętate viuãt. Inſulę aditus in tibię modũ fert adeo dẽſis arboribus vmbroſis: vt ſolis radiis eo penetrare nequeant. Iuxta aditũ vndiq́ꝫ dulces aquarũ habent fontes: qui locus eſt ad habitandũ ſuauiſſimus. In ea antrũ exiſtit rotũdũ: tũ magnitudine ꝑcipuatũ pulchritudine vndiq́ꝫ ei ꝑcipitia ſunt in altũ ſurgentia diuerſi coloris ſplendidiſq́ꝫ lapidibus vt nullus ibi oĩno color deſit. Ante aditũ natura eã arbores mirabili aſpectu aiũt: & has quidẽ fructus ferẽtes alias ſemper virẽtes vt ad viſus voluptatẽ natę videant. In his diuerſę nidificant aues colore oculos: aures cantu vero oblectantes. Vniuerſus locus eſt nõ ſolum aſpectu ſed cantu etiam amœnus artis armoniã voce auiũ ſuperante: poſt ingreſſum apparet antrũ latũ ſplẽdore ſolis lucẽs. Omnia floribus referta ſunt ſed ꝑcipue caſſia reliquiſq́ꝫ rebus: q̃ iocundum odorem cõtinuo queant reddere. Licet ibi inſuper aſpicere nympharũ plura diuerſoria ornata floribus nõ quidẽ arte: ſed natura cum omni decore perfecta. In toto antri ambitu neq́ꝫ flos vnquam folium defluit: vt neq́ꝫ oculorũ: neq́ꝫ aurium voluptas aliquando deſit. In hoc Ammon puerũ nutriendum dedit nyſę ariſthei filię: cui loco ariſtheum ꝑfecit virum ſapientem atq́ꝫ eruditũ ad euitandas rheę nouercę inſidias: cuſtodiam filię mineruę permiſit & paulo ante hęc tempora circa Tritonum fluuiuꝫ vnde & tritonia dicta eſt genitę. Scribunt hanc deam per omnem vitaꝫ virginitate ſeruata prudentia claruiſſe. Multaſq́ꝫ cum ingenio pręſtaret ab ea artes repertas belli quoq́ꝫ exercitio deditam cum robore corporis vi

[Margin notes: Amaltheę cornu — Nyſa — Ariſtheus — Minerua tritonia]

[Handwritten marginalia: Amalthea; Tritonus fluuius]

Inuenta geret multa fecisse memoratu digna Alcidamq; (ita enim dicta
Alcida est)peremisse feram stupendã ex terra natã: & ante aut quę natu
bellua ra plurimũ ignis ex ore euomeret insuperabilẽ pugna: ea primũ
in phrygia apparuit regionem quãdã cõburẽs: q̃ hucusq; exusta
Phrygia phrygia dicta est. Deĩn ad montẽ taurũ transcẽdẽs siluas conti=
cur exu nuas vsq; ad indos incẽdio vastauit. Postmodũ p mare in phęni
sta. cea reuersa siluas libani incendit: perq; ęgyptum in lybiam pfe
cta ad loca peruenit occidua: postremo siluis circa ceraunia destru
ctis omniq; incẽsa patria cũ hoĩes partim flãma absumpti essent
partim timore patriã linquẽtes ad remotiora diffugerẽt loca. Mi
neruã ferũt tũ sapiẽtia tũ fortitudine ac viribus fretã eã ferã necas
se pellẽ pectori circũdedisse: tum vetustis tutelęq; corporis gratia
tum ad virtutis partęq; glorię memoriam ostendendam. At ve=
Gigan= ro alcidę morte terra cõmota deorũ hostis gigãtes peperit quos
tes. postmodum Iupiter Mineruę Dionisiiq; ac cęterorum ope deo=
dionysii rum deleuit. Dionysius ĩ nysa educatus disciplinaq; eruditus nõ
inuenta tantum pulchritudine roboreq; excelluit sed multarum rerũ vti=
liũ inuentione. Nã adhuc adolescẽs & vinũ ex vuis (cũ vites sua
sponte terra pduxisset) exprimi & qui fructus possent exsiccari
seruariq; ostẽdit: p̃terea q̃ cuiq; loco ab se inuentas arbores plã=
tari expediret: singulos edocuit. Spe concepta beneficiorũ erga
genus hominum magnitudine ĩmortales se honores potiturum
ob eius virtutis ac glorię nomẽ fertur Rheam iratam ammoni
conatam esse Dionysium auferre. Quod vbi non successit relicto
ammone versa ad titanes fratres saturno fratri nupsit. Qui thee
Rhea suasu aduersus ammonem moto bello acie titanum pręsidio su=
perior fuit. Ammonemq; famę coactũ in cretam fugere: vbi cure
tes regnabãt cõpulit. Ibi regis filiã cretã noĩe vxorẽ cum cœpis=
set regno sumpto insulã antea ideã dictã ab vxoris noĩe appella
Ammo= uit. Saturnũ tradunt occupatis locis Ammoni subditis acerbe i=
nẽ tita perantem aduersus nysam dionysiũq; magno exercitu profectũ
nũ auxi Ille cũ sciret patrẽ Ammonẽ bello victũ. Titanas vero Saturno
lio satur auxiliũ ferre: coactis ex nysa militibus: interq; eos ducentis tũ
nus su= strenuis tum summa erga eum cum his nutritus fuerat beniuo=
perauit. lentia a lybiis atq; amazonibus finitimis: de quibus antea rettu
limus auxilia exiuit. Asserunt eas vtpote q̃ virtute virginitate=
q; excellerent ad belli societatẽ aduocasse viri similis mineruam
diuiso exercitu: vt viris preesset dionysius. Minerua fœminis
cum in exercitum titanorum incidissent commisso certamine

multiſq̨ vtrinq̨ cęſis vulnerato ſaturno victor dionyſius euaſit titanibus ad eas regiones quas de ammone cęperant confugientibus dionyſius ad nyſam vrbē cū captiuis reuerſus eſt: veluti de eis pœnā ſūpturus. Cū armatis militibus eos oēs circundediſſet primū de titanibus q̄ſtus omni poſtea captos crimine ſolutos ꝓnūciauit. Deinde data eligēdi libertate abire an ſecū militare mallent: ſecū oēs ſe fore acclamarūt. Ob datā vero ꝑter ſpē ſalutē vt deū venerati ſunt. Oīs hos poſtea libato vino iuramento adegit: vt ſecū cōtinuo inbellis vſq̨ ad extremum pugnarent. Cū arma aduerſus Saturnum eſſet moturus ꝓficiēte ex nyſa exercitu Ariſteū tradunt eorū ꝓſidem primū oīm & ſacra inſtituiſſe dioniſio: & ei vt deo ſacrificaſſe. Dicunt inſuper ſubſidium ei tuliſſe niſeorum nobiliores. quos a primo eorū rege ſileno (Eius autē propter vetuſtatē ignotū eſt genus) ſilenos vocant. Is cum circa lumbos caudam haberet: poſteri quoq̨ eius naturę participes idem ſignum geſtarunt. Dionyſius contracto exercitu per loca arida ac deſerta feriſq̨ infeſta profectus ad zambirram verbem lybię peruenit ibi feram indigetem Campes nomine multis eius orę mortalibus pernitioſam peremit. Quę res magnam ei gloriam pœnes accolas tulit. Vt autem ſempiterne occiſę ab ſe beſtię gloria extaret erexit ibi tumulum ingentem: qui ad poſteros vſq̨ perſeuerauit ſuę virtutis monumētum. Deinde verſus titanas exercitu moto ea modeſtia iter fecit: vt ſe omnibus incolis humaniſſimū prębere. Vbiq̨ oſtendens ad plectendos impios atq̨ ad beneficia in hominū genus conferenda eam ab ſe ſuſceptā expeditonem. Qua ex re moti lybii eius cognita virtute animiq̨ ꝑſtantia victum militibus affatim prębuerunt: ſimulq̨ eius caſtra ſecuti ſunt Ad ciuitatem deinde Ammonis appropinquante exercitu ſaturnus ante vrbis mœnia acie inſtructa victu: ciuitatem noctu incendit ea mente vt paterna dionyſii regia abſumerentur: ſumptaq̨ vxore rhea & amicis quibuſdam accitis clam ex vrbe profugit. Verū cum vxore captus a dionyſio nequaq̄ illius opa imitāte nō ſolū cognationis gratia pœnā remiſit: ſed & conſolatus eſt ꝑ oēm eos vitā habens parentū loco: Rhea illū vt filiū Viuens dilexit. Saturni ſimulatior fuit beniuolentia: hi ꝑ id tp̄s filiū genuerūt quē appellarunt iouē. Qui a Dionyſio ſummo honore habitus virtute poſtmodū imperium omniū gentium adeptus eſt Cū lybii ante pugnā ei dixiſſet quo tp̄e ammon ex regno eiectus eſt incolis prędictum fuiſſe ven=

Dionyſius

Ariſtheus. Silenus rex

primus dionysio sacra instituit et ut deo sacrificavit

zambirra Cāpes fera.

Rhea Iupiter

turũ eius filium Dionysium: qui recuperato regno orbis iperiũ. possideret: deusq̧ haberetur: existimãs verum fore vaticinium Et templo patri & vrbe conditis vt deo illi honores impendit quosdam institués qui haberent diuinationis curã. Traditur ammon galiea in bellis vsus: cuius insigne fuit arietis caput. Sunt qui ipsum asserant natura in vtroq̧ tépore paruula habuisse cornua Propterea filiũ eius Dionysium eodẽ fuisse aspectu posteris q̧ traditum deum hunc cornua gestasse. Edificata vrbe sacrisq̧ institutis Dionisio ferunt imprimis cum de exercitu oraculum consuluisset responsum a patre traditum: q̧ propter eius in homines merita immortalis esset futurus. Quare elatus animo prima in ęgyptum exercitum duxit eiq̧ prouincię Iouẽ Saturni Rheæ ꝑ filiũ constituit regem adhuc ętate puerũ addito ei p̃fecto olympo: a quo eruditus & ad virtutem institutus olympus est cognominatus Fertur dionysiũ ęgyptiis ostendisse vites plãtare vinum conficere: aliorum fructuũ vsum. Aucta eius virtuti fama: nulli ei obsistere bello ausi sponte sibi parebant. Laudibusq̧ ac sacrificiis vt deuz colentes Hoc pacto orbẽ aiũt peragrasse domesticis arboribus regiones reddens excultas beneficiaq̧ populis prębens. Vnde honores ꝑpetuo gratiaq̧ omniũ assecutus est His rebus cũ de cęteris diis varie homines sentiunt solũ dionysii immortalitatem fixã animo tenẽt. Nemo est.n. neq̧ gręcus neq̧ barbarus qui illius beneficiorum gratięq̧ fuerit expers.

Ammõ nisaries Dionysii cornua.

Vites.

Nam eos quibus aut patria agrestis esset aut avinearum vsu aliena: poculum ex ordeo conficere docuit paulo inferius vini suauitate Ferunt eũ ex indis ad mare descendentẽ titanas omnis q̧ cum maximis copiis aduersus Ammonẽ in cretã transfretarãt cœpisse. Acti aduersus Ammonẽ moto bello Iupiter ex ęgipto Dionysiusq̧ ac Minerua & alii quidam quos deos dicũt in cretã transcẽdentes Ammoni subsidiũ tulere Inito certamine superior Dionysius oĩbus titanis iterfectis victoria potitus ẽ Postmodũ Ammone Dionysioq̧ ex hominũ vita ad imortalitatẽ translatis Iupiter vniuerso iperauit orbi Sublatis titanis nulloq̧ eius iperium turbare auso. Hęc primi dionysii ex Ammone Amalteaq̧ nati gesta lybii fuisse tradũt Secũdus ex Io: Inachi & Ioue genitus ęgypto iperauit iitiatiõesq̧ monstrauit Tertiũ Iupiter ex Semele apd̃ gręcos genuit priorũ virtutis imitatorẽ Nã & ꝑ oẽm orbẽ exercitũ circũduxit & plura reliq̃t trophea statuasq̧ suarũ expeditionũ testes m̃lta ĩsup loca cultiora plãtis arborũ reddidit mulieres

Ordei vinum

Secundus Dyonysius Tertius di

in militiā velut prior amazones duxit. Circa orgia & initationes multum operę impendit tū vt vetera i melius redigēs tu3 quędā ipse adinueniēs noua. Cū temporū vetustate priorū gesta inuenta cū multis ignota essent solus hic eorū q ante se fuerant virtutē & gloria3 tulit. Nō aūt solū hoc ei cōtigit: sed herculi quoq; Duo namq; eodē nomine priores fuere. Superiorem herculem in ęgypto natum ferunt magna armis subacta orbis parte in lybia colūnam posuisse. Secūdus cretensis virtute armisq; nobilitatus instituit olympicū: & tū vltimū pauloāte bellū troianū ex alcmena & Ioue ortū magnā orbis partem peragrasse tradūt. Euristhei imperio parentē. Qui multis functus certaminū laboribus colūnā in europa erexit. Nominis igitur & rerū gestarū similitudo cū defunctus esset postremus superiorū illi gesta ascripsit tanq̄ vnus tantū hercules extitisset plures dionysios fuisse tū ex aliis conantur ostendere: tum p̄cipue ex Titanū pugna: q̄ cōstat Dionysiu3 cōtra illos Ioui auxilio affuisse Non em̄ Titanas Semelis tempora tulere: neq; cadmus agenoris olympiis diis antiquior dicendus est. Hęc a lybiis de dionysio tradita. Nos iuxta ordinem a nobis pręscriptum quartum descripsimus librum.

hercules

Hercules secundus

Cadm⁹

Explicit Liber Quartus.

Incipit Quintus In Quo Hęc Continentur.

Prohemiū de his: q̄ fabulosę apud historicos feruntur: de Dionysio. Priapo. Hermaphrodito & musis.
De hercule & duodecim eius laboribus cęterisq; ab eo vsq; ad vitę finem gestis.
De argonautis: Medęa & filiabus pelei.
De pronepotibus herculis.
De Theseo & eius certaminibus.
De septem regibus: qui ad thebas castrametati sunt.
De proauis eorum.
De neleo: & eius pronepotibus.
De laphitis. & centauris
De ęsculapio: & eius pronepotibus.
De asopi filiabus: & ęaci liberis.
De pelope: Tantalo: oenomao: & niobe:
De dardano & eius vsq; ad Priamum pronepotibus:
De dedalo. Minotauro: & de Minois exercitu aduersus cocalu3 regem.
De aristeo: daphnide: euridice: & orione.

HAud sane nos fugit vetustarũ rerum cognitionẽ scriptoribus vt multis labãtur contingere. Nã & antiquiora illa paululũ sub obscurã ambiguitatem pbent scribẽtibus: & tẽporũ descriptio haud facilis cognitu qñq3 detrahit egẽtibus fidẽ. Heroum pterea semideorũq3 ac cęterorũ virorũ multiplex ac variatũ genus non satis exquisitę explicari potest. Accidit insuper qđ omniũ est difficillimũ vt de antiquorũ gestis fabulisq3 scriptores inter se admodũ dissentiant. Qua moti re nobiliores qui postmodum secuti sunt historicis omissis priorum fabulis ad recentiores se historias contulere. Ephorus quippe cymeus Socratis discipulus historiam scripturus veteribus pretermissis rebus ab heraclitarum tempore narrandi exordiũ cœpit. Callisthenes ac Theopompus: quos eadẽ tulit ętas prisca illa minime attigerunt. Nos secus arbitrati onus sumpsimus priscas res omnis litteris mandandi. Maxima enim plurimaq3 heroum semideorumq3 tum aliorum excellentium virorum meritis: quorum a posteris semideorum heroumq3 honores ac sacra impensa sunt egregia facinora extiterunt. Qui tamen omnes historiæ munere laude sempiterna celebrati sunt. Nos quippe tribus superioribus libris externarum gentium acta: quęue de diis feruntur: loca insuper singula: & quę in eis fere aliaq3 animãtia ac cętera memoratu digna admirandave haberentur rettulimus. Hoc autem libro quę a gręcis de heroibus semideisq3 quos prisca celebrauit ętas tradita sunt: deq3 pręclaris eorum bello gestis complectamur. His adiicientes quę ab illis pace ad vtilitatemq3 cultumq3 hominum adinuenta: quęue sancita legibus fuere. Initium vero a Dionysio sumetur: quem imprimis antiquum fuisse cõstat ac maximis bñficiis mortaliũ pfuisse dictũ ẽ superius a nobis quosdã huius sibi dei gen⁹ vẽdicare. Nã ęgyptii deũ suũ Osiridẽ eũ esse affirmãt: quẽ gręci Dionysiũ vocãt. Hũc volunt omnem circuisse orbem vini repertorem: cum vites plantare docuerit. Quo facto communi gentium omnium consensu sit illi immortalitas tributa. Indi quoq3 hunc apud senatum ferunt: viniq3 vsum ab hominibus traditum. E quibus licet antea singulatim explicuerimus. Nunc tamen quę gręci de hoc scribant deo minime visa sunt omittenda. Cadmum agenoris tradunt ex phœnicea ad peruestigandam Europam a rege ea lege

(Margin notes: Ephor⁹ — Callisthenes — Theopõpus — Osiris. — Dionysius. — Cadm⁹ — Europa)

missum. vt aut virginem secum reduceret: aut in phœniciam non rediret Cum diutius quęsitam ab se virginem non inueniret postposita patria in boetiam peruenisse. Vbi cum responso oraculi thebas condidisset: Armoniam post modum veneris filiam in vxorem sumpsisse: ex qua Semelem: Ino: Autonem: agauen ac polydorum genuerit. Semelen Iupiter ob pulchritudinem in forma hominis cognouit. Quod existimans ab Ioue in sui contemptum agi rogauit vt secum prout cum Iunone assueuerat coiret Iupiter dei maiestate assumpta cum tonitribus ac fulgure ad eam descendit. At illa pregnans: cum neq; fulguris neq; tonitrus vim ferre posset: filium aborsa igne expirauit. Infantem iupiter mercurio dedit ad antruz nyse quod inter phęniciam: nilūq; est deferendum: a nymphisq; omni studio curaq; educandum. Vnde ab ioue nysaq; Dionysium dixerunt: qđ etiā Homerus in hymnis testatur inquiens est nysa supra montē floridum silua procul a phœnicia ferme ęgypto fluente. Nutritum a nymphis aiunt. Vini vineæq; extitisse auctorem Orbem quoq; ferme deābulantem multas regiones reddidisse domesticas: ac propterea maximis apud oēs honoribus celebrarū. Docuisse eos insup quorū regio vites ferre non posset: potū ex hor deo conficere quē nōnulli zitū dicūt: paulū a vini sapore differētē Exercitū quoq; secū nō tātū virorū sed etiam mulierū circūducēs nefarios hoies atq; iniquos merita mulctauit pœna in boetia iussit in gratiā patrię oēs vrbes liberas esse ciuitate sui nominis cōdita; quā & liberā pnūciauit. In indiā cū exercitu transcēdens triēnio post multis cumspoliis in boetiā rediit Primus oim triūphauit elephanto indico vectus Boetii cęteriq; gręci thraces quoq; in memoriam i[n]dicę expeditionis sacra trieterica sibi instituerunt. Vnde & in multis gręcis vrbibus triennio bacchides mulieres conueniūt: apud quas de more virgines thyrsum ferunt in honorem dei bacchantes. Eiq; per cętus sacrificantes. Postremo memoriā menadum q̄ feruntur illi deo astitisse: hymnis & cantu renouant. Sustulit & oīs impios: qui in orbe erant. Sed maxime pentheum ac ligurgum: Vini iuentio tum propter potus voluptatez. tum quia corpus reddit validius grata supra modum mortalibus fuit. Aiunt cum purum in cœnis vinum datur: omnes deum sospitem optare bibenti. Cum vero post cœnam aqua mixtum sumitur. iouem vocari saluatorē. Nam puri vini potus ad insaniam redigit. Aqua iouis mixtus voluptatez

Thebe
Semele
Ino
Autone
Agaue
Polydorus.

Nyse antrū. Dionysius vnde

Libera vrbs

Triumphus primus

Trieterica.

Vini vs9

Ceteris inuenta

Sebasis

Boues adiugū

Bacchi cornua.

leticiāq; affert: & prohibet insaniam. Ferunt in deos rerum ab se inuentarum meritis maxime dionysiū ac Cererē ab hominibus coli. Alterum suauissimi potus auctorē: alteram ob fruges ab se reptas. Traditur quoq; & alter multa prior etate fuisse dionysius. Quē aiunt ex Ioue & Proserpina natū: a nonnullisq; appellatū Sebasis. huius genus sacra honores q̄ propter pudorē nocturna occultaq; agunt. Dicit̄ ꝓpter ingenii acumē primus boues ad iugum iunxisse: eorumq; opera frugem iacta semina reddidisse Qua ex re illum cornibus finxerūt. Ex semele vero natum posteriorē ferunt delitiis deditum molli corpore ac p̄ ceteris decoro voluptatibus insup venereis indulgentē in exercitu mulierum copiam circūduxisse armatā hastis thyrso inuolutis. Tradūt & musas virgines cū eo profectas apprime eruditas. His tum propter cantus suauitatē tum quia docte psallere bonisq; artibus erudite erant: deus ille oblectabatur. Secutus est ipsum silenus quoq; paedagogus ac nutritor optimorū īstitutor studiorum qui plurimū Dionysio ad virtutē ac gloriā resq; bellicas profuit: armis bellicis in pugna vtebatur & pardalorum pellibus pacis tēpore in solēnitatibus diebusq; festis vestes floridas molles ac delicatas induebat. Si qn̄ ex potu bibēriscaput agitaretur: mitra caput alligabat vnde & mitriphoros dictus est. Reges posteri pro mitra caput diademate vincēri sunt soliti. Aiunt insuper dimytora vocatū: quoniā ex vno patre duo sunt orti dionysii & matribus duabus. Verū posteriori prioris ascripta sunt gesta. quapropter q̄ postmodum secuti sunt veritatis ignari nominisq; ducti similitudine vnicū extitisse dionisiū crediderūt Harticā quoq; ex huiusmodi tribuūt ei causa. Cum nouiter reperto vino nōdū aqua infundere cōsuessent: in amicorū epulis ac festis diebus vinum purum advoluptatē potātes eberii reddebantur. Qua ex re ligneis baculis: quos gestabant alteri alteros percutientes plurimos vulnerabant: quidā peribāt ex vulnere. Vt eiusmodi certamina prohiberentur. Dionysius: vt modico vino vtq; pro fustibus ligneis ferulis vterentur: edixit. Plurima ei cognomina ab rebus quas egit sunt ab hominibus indita. Nam alii bacchum a mulieribus: q̄ bacchantes illum seq̄bantur dixere: alii a torculari: quo vinum exprimitur lenę. Quidā bromium a tonitru: qui in eius ortu contigit: pingenius: insup ex eadē appellatur cā. Qui netiā triumphator dicitur. q̄ primus omniū de indis multis cum spolis in patriam reuersus triumpharit. Aliis quoq; cognominibus

Silenus

Mitra.

dimytor

ebrietas

Bacchus vnde

Lengus

Bromi⁹

quę longum esset recensere, & alienū ab historia: vocatus est. Duplici esse videtur forma, quoniam duo dionysii extiterunt. Primus barba promissa antiquo more barbam nutrientium fuit. Speciosior posterior iuuenis (& vt fertur) delitiosus. Quidam duplicē formā illi tributā volunt: quoniā ebrietas & iracundos efficiat & hylares. Satyros etiam: quorū opera in psaltatione ac tragoediis oblectabatur secū tradunt duxisse: musarum quidem optimis institutis. Satyrorū vero risu ac ioco. Dionysius vitam omnem foelicem traducebat. Scenicę p̄terea artis ac theatrorum inuentorem. Et musicę certaminū institorem volunt: oēs etiam qui exercitu musicis exercerentur fecit immunes: quod & posteri instar dionysii seruarunt. Omnes.n. musicę operam dantes immunitate potiti sunt. Et de dionysio ne modum excedat oratio hactenus. Nunc quę de priapo traduntur: sunt enim dionysii rebus contigua se infert scribendi locus. Fabulantur antiqui filiū Dionysii ac veneris priapum fuisse ducti vero satis simili cōiectura: q̄ qui vino indulgeant sunt natura ad venerē promptiores: asserunt nonnulli priscos illos cum vellent hominum pudenda occultius nominare priapū dixisse: alii genitalia dicūt: cām esse hominū generationis: propterea q̄ semper extitisse immortali honore celebrata. Aegyptii de priapo scribentes olim: titanas aiūt osiridē ab se dolis interfecto corpus eius in ęquas partes diuisisse. Isq̄ domo clam elatis partē pudēdā in flumē cū singuli eā respuerēt abiecisse: isidē postmodū vltā viri mortē in titanibus occisis viri corpus ingssisse parteśq̄ reptas cū in formaʒ hominibus cōposuisset sacerdotibus tradidisse sepeliēdas: vtq̄ veluti deū Osiridē colerēt ipasse. Sola pudēda nō repta ꝓ deo coli inq̄ tēplo suspendi iussit. Hęc de priami genere: eius deq̄ honore ab āntiqs ęgyptiis tradūt. Hūc deū qdā Thyphalū alii thyphonē nolant. Nō solū autē in vrbiū tēplis: sed in agrestibus quoq̄ locis tāq̄ vinearū atq̄ hortorū custos colitur fructuū fures castigans Non solū aūt in cerimoniis quę dionysio impēdūtur: sed & in reliquis ferme aliis huic deo sacra cū risu & ludo fiunt. Simili ortu fuisse quidā existimant hermaphroditū: quē ex mercurio ac venere genitū vtriusq̄ parentis nomen coepisse ferunt Hūc deū esse opinantur promiscua viri ac foeminę natura: fuisse quoq̄ & specie mollitieq̄ corporis foeminę similem & opera exercuisse viri. Quidam eiusmodi partus asserunt naturę nostra quę raro fiunt: atq̄ aliquid: dū bonū tum malam protendant.

dionisii forma duplex

Satiri dionysius scenicę

Musici artis ac theatrorum inventor

Priapus cuius filius

thyphalus thyphon

Hermaphroditus. cuius filius

Quoniam vero musarum in dionysii i gestis meminimus vide nunc de his diligentius scribendi tempus. plurimi & hi p̄sertim qui probantur sctiptores tradunt: eas iouis & memorię filias. paucis ex poetis in quibus est alcmeon filias esse coeli ac terrę a iunt: in numero quoq; dessentiunt. nam quidam tres alii noue3 asserunt extitisse. Verum nouem numerus inualuit: his compro= bantibus qui habiti sunt: homerum dico atq; hesiodum cęte= rosq; eiuscemodi cęteris prestantiores. Homerus enim ait mu= sas nouem esse pulchritudine eximia. Hesiodus etiam recenset nomina. clio. Euterpe. Thalia. Melpomene. Terpsichore. Era= to Polimnia. Vrania. Calliope. quę omnibus est nobilior. Ha= rum cuilibet sua officia tribuūt eorum quę ad musicę artem spe ctant. Veluti poeticam melodiam saltationē choreas astrologiā reliquasq; doctrinas. plures asserunt eas fuisse virgines quonia3 virtutis disciplina incompta esse videatur. Musas eo volunt co gnominatas: ꝙ homines bona vtiliaq; docent: & quę ab indo= ctis ignorantur. Nomina cuiq; a proprio munere tribuerunt. Nam Clio propter gloriam quę ex poetarum laudibus oritur dictam volunt. Euterpen propter voluptatem quę ab audiēti bus ex honesti eruditione percipiunt. Taliam ꝙ in longum tem pus poetarum laus parta virescat. Melpomenen a melodia: qua audiētes demulceanᵗ. Terpsicoren eo ꝙ audiētes oblectat ꝓpter bona quę ꝓueniunt ex doctrina. Erato ꝙ docti hominẽs ab ho minibus amētur Polimniā: quoniā cātus suauitate poetas reddit gloria imortales. Vraniā: ꝙ viros eruditos ad cœlum tollat. Glo ria enim ac sapiētia eleuat aīos ad cœlestiū contēplationē Callio pen ꝙ cātus suauitate cęteras antecedens magni ab auditoribus extimeᵗ. Postea q̄ de musis rettulit. nunc gesta herculis recensea mus. Neq; vero me latet magna in difficultate versari: tū veterū rerū tū p̄cipue operū herculis scriptores Ea. n. fuisse amplitudi= ne singuli fatenᵗ vt oīm q̄ mēoria hoīm cōplexa est gesta supare videaᵗ Difficile q̄ppe est ꝓ dignitate rerū eis acta scribere: atq; ea q̄ tāta magnitudine extitere: vt imortale p̄miū mereanᵗ ęqua factis oratione prosequi. Nam cum propter vetustatem admira tionemq; rerum multi haud facile crederent scribentibus ne= cesse fuit in his quę maxima habebantur pretermittere quędam ne omnia scribendo historię parum fidei haberetur. Nonnulli em̄ lengentium haud recto iudicio vsi nimis exquisite quas res ex his q̄ nunc geruntᵗ ꝓpēdunt existimātes herculis virtutē ex no

Musarū numer⁹

Clio

Que de herculę dicunt.

musę iouis & memorię filię

Clio
Euterpen,
taliam,
Melpomene,
Terpsicorem
Erato,
Polimniā,
Vraniam,
Calliopen,

strorũ hoīum ībecillitate. Ita rerũ gestarũ nimia magnitudine moti haud quaq̃ historici crediderunt. Verum in priscis illis rebus ac fabulis similibus non omnino ad quadrantem veritas peruestiganda est. Etenim in theatris licet sciamus minotauruȝ forma qua fertur minime extitisse: nec tricorporem gerionem tamen ꝓ veris eas fabulas ducimus fauoreq́ʒ eius dei honores augemus. Et sane periniquum videtur cum hercules dum vixit orbis monstra suo labore perdomuerit: homines tantorum beneficiorum immemores eius laudi claris operibus partem calumniam deo detrahere. Cumq́ʒ posteri propter ipsius virtutis excellentiam cõmuni omnium consensu immortalitatem illi tribuerint. Nos neq́ʒ traditam quoq́ʒ a patribus erga illum deum pietatem seruare. Verum his post habitis opera eius ab initio exponemus tum poetarũ: tũ scriptorũ antiquissimos imitati. Ex danaę acrisii ac Ioue natũ persea ferũt Ex eo andromedarũ cephei lectionem. Is deinceps sumpta Euridice pelopis Alcmenã ꝓcreauit. Hanc dolo iupiter cum cognouisset herculem genuit: hoc pacto herculis parẽtum genus ad maximum referunt deorum eius virtutem non solum ex operibus spectare licet sed etiam ex genere. Iouem enim ferunt tres noctes in vnam redactas Alcmenę operã dedisse maximum futuri roboris inditium. Tantum temporis in eo puero creãdo impensum. Quod non amoris cupiditate ꝓut in aliis mulieribus contigit factum est sed pueri gignendi gratia. Itaq́ʒ nolens vi alcmenã aggredi: neq́ʒ fidens posse illi coitũ ob eius prudentiam persuadere dolo mulierem aggressus est Amphitrionis forma assumpta. Adueniente partus tempore Iouem diis astantibus prędixisse ferunt ea die puerum qui nasceretur se per sidorũ regem facturum. Quibus verbis mota Iuno lucinam filiã iussit comprimere Alcmenę partum. Euristheum ante tempus in luceȝ educere. Iupiter licet consilio frustratus quod prędixerat ratam: & Herculis famam claram esse volens dixisse iunoni ferũt ꝑmittere se euristheum vt prędixerat regem esse. Herculemq́ʒ ei subiici velle: duodecim quoq́ʒ certamina ab eo perfici q̃ Euristheus mãdasset. Quibus consummatis fieret immortalis. Alcmena post partum Iunonem verita puerum in loco exposuit: quem nunc ab eo herculeũ campũ dicũt. Quo tempore minerua vna cũ Iuno ne ꝑfecta cuȝ infantis naturam admiraretur Iunoni suasit: vt illi mammam pręberet. Qua pręter ętatem violentius sumpta Iuno dolore mota puerũ abicit. Minerua illũ matri detulit nutrienduȝ

Preseus Iouis & danaes filius.

Natiuitas Herculis.

ptus acceleratõ

hercule campus.

Mirabitur merito quis rem desuetā accidisse vt mater quam ad fi liorum amorē natura compellit ex se natum perditum iret nouer ca quę natura odisse priuignos solet ignorans saluare infantem. Iuno deinceps duos dracones ad perdendum misit puerū. quos ille vtraq; manu faucibus apprehensos strangulauit. Vnde illum argiui quoniā Iunonis opera gloriam esset adeptus cum antea alceus vocaretur heracleū dixere reliquis imponuntur a parenti bus nomina: huic soli virtus nomen dedit: iterim Amphitriō e ti rintho pulsus thebas concessit. Hercules antea educatus optime certaminum quoq; exercitio deditus: & corporis robore excelluit & animi virtute. Adhuc ephebus primum ad liberandas e serui tute thebas operam impendit tanq̄ patrię gratias redditurus. E rant subditi thebani Erigino miniorum regi superbe ab eis annis singulis certum tributum exigēti Sed minime veritus īperantiū vires rem aggressus est memoria dignam. Omnes qui ad exigē da tributa missi erant male mulctatos e ciuitate expulit. Erigino eius rei auctorem dari sibi postulante chreon thebanorum rex illius potentia territus paratus erat seditionis tradere auctorem. At hercules comparatam adolescentium manum ad libertatem patrię cohortatus arma ex deorum templis progenitorum spo lia diis affixa ad belli vsum deprompsit. Nulla enim priuatim in vrbe erant arma: sed singuli regis edicto: ne desciscerent adem pta Audiens postmodum hercules Eriginum cum exercitu ap propinquare vbi obuiam cū militibus egressus in quodā angu sto aditu vbi paucis pugnādi locus erat regem adortus ꝓlio vi ctum occidit omni illius exercitu deleto extemploq; ciuitatem or chomeniorū captam minyorum prius incensa regia euertit. Ad quarūrerū famā p vniuersam greciā dispersam stupentibus om nibus chreon rex admiratus adolescentis virtutem filiam illi Me garam nuptui despondit: vrbis veluti filio curam permisit. Euri stheus habens argis regnuz nota herculis fama eū ad perficiēda certamina arcessit Renuentem iussit iuppiter Euristheo obtempe rare. At is delphos adiens consulto super his deo responsum tu lit ab diis iniunctum esse: vt euristhei iussu duodecim certamina perficeret: quibus transactis imortalitate potiretur: ea ex re haud parum est commotus animo hercules. Nam & sua indignum virtute videbatur humiliori seruire: & ioui & patri non obtem perare tum inutile: tum impossibile ducebat Hac anxietate per plexo animo iuno rabiem iniecit. Itaq; in insaniam amentiamq;

Primus herculis labor

Alceus Heracleus

thebę Herculis patria

Erigin⁹ miniorum rex

bellum iter herculem & eriginū

megara creontis filia herculis vxor.

Furore hercules mouet.

versus Iolaum occidere voluit. Quo fugiente filios qui prope megarā habitabant sagittis velut hostes appetiuit. Paulatim abscedente dementia preteritū recognoscens facinus doluit ex tāta calamitate: cum singuli vna eius malo moererēt diu quieuit domi fugiens hominum consortia & consolationes. Tandem tempore dolorem mitigante paratus ad subeunda pericula ad Euristheū venit. A quo primū iperatus est nemei leones interficiundi labor. Hic pter modum ingēs & qui neq ferro neq aere neq lapide vulnerari posset manibus necessario erat occidendū Versabatur is maxime inter Micoenas ac nemeā siluam circa mōtem quē a casu tritonē dixerūt. Huius in radicibus aderat spelūca ad quam diuertebat bellua Hercules cum ad locum accessisset refugientem in speluncam insecutus ferā altero aditus ore obturato manibus leonem comprehensum suffocauit. Detractam pellem corpori tegumentum ad futura pericula circundedit. Secundū ei certamen additum fuit interitus Hydre lerneae ex cuius corpore centum prodibant serpentū capite ceruices Quarum singulis caesis due renascebantur: ob eamq rem minime vinci videbatur posse cum pars amputata validior redderetur. Hanc difficultatem arte superans Iolaū monuit: vt e vestigio incisam ceruicē face linea ne efflueret sanguis inureret. Hoc pacto superata bellua sagittas suas eius sanguine tinxit quo illarū vulnus mortiferū redderetur. Tertius extitit labor datus: vt aprum erimantheū archadie vastantem agros viuum afferret. Quod mandatum admodum difficile visum est Oportebat enim cum eo pugnātem adeo viribus validū atq pudū esse vt in bestie cōgressu caueret ne elapsa manibus dentiū discrimē subiret neue vi pmeret arctius constrictā hoc arduū factu cēsebat: sed ea prudētia certauit: vt bestiā viuā super humeros ad euristheū afferret. Qua cōspecta timore ductus rex in ereo se vase abscōdit. His actis Hercules cētauros ob hāc causā expugnauit. Pholus erat cētaurus a quo ppinquus mōs dictus est Hic hospitē herculē cū domi suscepisset defossū antea vini doliū extulit hoc tradūt cuidam cētauro olim a Dionysio datū: iperatūq: vt tūc vinū pferret cū adesset hercules. Quartā postmodū progeniē solū verborum dionysii memorē vini doliū aiunt ob herculis honorē reserasse. Verū eius odor tū vetustate vini tū virtute ingens ad propinquos centauros delatus ebrios reddidit. Vna igitur domum pholi magno ingressi tumultu ad rapinam versi sunt. Pholus timens cum se abscō

Primū herculis certamē cū leone nemeo.

Secūdū certamē cū hydra.

Tertiū certamē

Quartū certa. cū cētauris

disset solus hercules illis obstitit. Pugnādū erat cum his q̃ ex matre dii erāt: q̃bus equorū velocitas robur biformis corporis hominū prudentia inesset: centauri pars tędis ab radice auulsis: ps magnis saxis q̃dā accēsis facibus: aliis securibus ingētibus certabāt hercules itrepid⁹ ꝓ dignitate ab se gestorū pugnā subiit. Iuuit i hoc eos bello mater nebula maximū hymbrē ifūdēs q̃ haud nocuit quadrupedibus hominibus vero solum lubricum fecit: hoc auxilio fultos centauros hercules tamen superior multis eorū peremptis reliquos in fugā vertit: ex defunctis clariores erant Daphnis. Argeus: Amphion: Hippotion: Orios: Isoples: Malachetes: Tereus: Derpos. Phrixus. Qui vero aufugerant meritam deiceps pœnā dedere. Omados qui in archadia alcioni euristhei sorori vim intulerat peremptus est. Qua in re herculis virtutem admirati omnes sunt qui et illum vt hostem priuatim odit: & in iuriam sit mulieris vltus verum cū pholus centauros qui in pugna ceciderant vt cognatus sepeliret: contigit vt sagitta a quodam euulsa se ipsum feriret: quo vulnere cum curari nequiret obiit. Hunc hercules magnifice sepeliit sub monte quę res ei gloriosior omni columna cecidit. Ab ipso enim mons absq̧ alio epigrammate pholos cognominatur. Nam montis cognomen q pholos dicitur nō epigrāma aliquot sepulti nomē rep̄sētat. Eodēmodo & chyronē arte medicine p̄ditū inuitus sagitta occidit Deinceps mandatū herculi est vt aureis cornibus ceruam velocitate eximiam captam adduceret Hoc certamen absoluit ingenio: quod non inutilius habetur corporis viribus. Hanc retibus captam esse dormientem. Nonnulli continua fessam in persecutione esse dormientem. Nonnulli coutinua fessam in persecutione esse captam volunt. Quod certamen non vi aut periculo est sed ingenio consummatum. Cum mandatum pretera herculi esset vt aues ex stiphalida palude pelleret: arte ac prudētia facile iniunctum laborem perfecit. Expulsis auibus quę innumera multitudine etiam finitimarum regionum fructus vastabāt Vi sua pari nō poterāt ꝓpter ingentē numerū ingenio opus erat. Tabulam ergo ęneam parauit: quę repercussa ingēti sonitu volucres timore ad fugam compulit longinquam. Qua ex re paludem ab auium molestia exemit. Post hęc in herculis contemptum precepit Euristheus vt aulam ęgei nemine iuuante purgaret Hęc per multos annos cōtractis sordibus fimoq̧ repleta erat At ille ad effugiendā contumeliam humeris aulam mundare hor-

Quintū cer. cum cerua aureis cornibus ad ornata

Sext⁹ labor cuꝫ styphalidibus.

Centauri

nebula

Daphnis Argeus Amphion Hippotion Orios Isoples Malamchetes Tereus Derpos Phrixus

Omados

pholus

chyrone

[illegible] Alij indagine ab sa labore dr prehensam [illegible]

ruit. Sed pigniõe flumine superinducto cursu eius aulam purgauit absq; ignominia vna die opere pfecto. Mirãda profecto herculis prudentia qui q; per ignominiã superbe imperatum erat: i laudem vertens nil indignum egit immortalitate. Suscepit deiñ onus thauri ex creta (quem Pasiphe amabat) deducendi. Eo i insulam nauigans. Minois regis auxilio taurũ in pelloponensum longum profecto maris iter deduxit his actis olympicum instituit certamen locum optimum existimans ad tantos hominũ conuentus campos iuxta alpheum flumen sitos. Ibi hec certamina Ioui patri dedicauit, coronat⁹. Quoniã & ipse quoq; bñ & hominum genere absq; premio esset meritus. Ea vero certamina q̃q̃ inuicem diuersa absq; pugna euicit nullo propter singularem eius virtutem secum congredi auso. Nam pugiles aut panchratiastes superare eos qui in stadio certant difficile est. Arduum item est illo qui leuibus certaminibus excellent cum his qui in grauioribus versati sunt contendere. Merito igitur omnium hoc ab hercule institutum certamen habetur prestantissimum. quod ab optimo viro principium sumpsit. Nõ videnẽ aũt dona omittenda a diis Herculi ob virtutẽ tributa, nam cum ex belli laboribus ad requiẽ se ac hominũ cetus diesq; festos cõtulisset deus quilibet suis eũ muneribus ornauit pallas peplũ: clauã ac thoracem vulcanus dedit vterq; insigne sue artis opus nam alter rem advsum pacis voluptatemq; concessit alter ad belli pericula euitanda. Neptunus insuper equos donauit. Mercurius ensem. Apollo arcũ quo & vti docuit Ceres ad expiandam centaurum cedem quãdã parua mysteria celebrare monstrauit. Rem precipuam circa huius dei genus licet aduertere Iupiter primam mortalem fœminam nioben phoronei cognouit. Vltimam semelem: quam sextamdecimam a niobe scriptores genitam tradunt a cuius primum maioribus gignere homines cœpit: in eaq; ipsa desiit. Post hãc nullius appetiit concubitum mortalis neminẽ sperans huic similem fore: nolensq; melioribus immiscere deteriora: postea circa insulam palenen gigantibus bello cœlestes lacessentibus hercules p diis pugnans multis ex hostibus interfectis maximam gloriam adeptus est. Iupiter eos qui sibi astiterant deos tantum olympios appellauit: vt hoc cognominis honore bonus a malo internosceretur. Eodem quoq; cognomine solum Dionysium herculemq; ex mortalibus fœminis ortos dignatus est: nõ solum quia ab se nati erãt: sed pter parem virtutis emulationem cũ vterq;

septim⁹ labor de aula purganda

octauus de thauro.

Olympicum certamen

munera quibus dei herculẽ donauerũt

dii olympiaci

Promethei aquila. multis mortales beneficiis affecisset. Iupiter promotheum: q̄ hominibus ignem dederat vinclis alligauit aquila ꝓpe posita quę illius iecur depasceretur hanc hercules illius miseratus pœnam qui ob beneficiũ hominbus impensum plectebatur sagitta peremit Iouisq̧ iram mitigans benefactorum sociũ exemit a cruciatu.

Diomedis equi Nonus. Labor deinceps est ei iniũctus diomedis thracis equos deducendi. Erant equorũ pręsepia ob equorum feritatem erea ferreis cathenis equi viribus pręualidis vincebantur. Cibis alebant̃ nõ his quos terra ferat sed hospitiũ eo diuertẽtiũ carnibus hos cupiens hercules abducere primo diomedem cœpit deditq̧ suo exẽplo equis cõmedendum. Mansuetiores deinde factos ad seq̧ adductos: euristeus iunoni sacrauit Quorum genus: vsq̧ ad macedonẽ Alexandrum permansit. Cũ Iasone postmodum ad vellus aureum rapiendum nauigauit in colchos: sed de argonautis posterius dicetur. Acceptis insuper ab euristeo mandatis hercules: vt cingulum hypolite amazonis afferret: aduersus eam cũ exercitu profectus ad euxinum portum nauigauit. Ac per hostia termodontis fluuii ingressus prope Themiscyram vbi amazonum regia erat castra posuit Primo cingulũ ab eis postulat, sed vbi renuentes intellexit armis agendũ censuit. amazonibus exercitui herculis oppositis quę nobiliores bello erant herculem solum acri certamine appetiuere: & primum Aella: quę ex velocitate id nomen traxerat: cũ velociorẽ se reperisset pugnans occubuit. Secũda phylippis e vestigio in primo congressu vnico vulnere cecidit post hanc parthoes: quam septies ex prouocatione hostem superasse aiebant inita pugna est iterẽpta. Quartã deinceps euribiaꝫ q̄ bellicis rebus expertã fortitudinẽ ꝑ se ferens aliorũ auxilio renuebat: opinione deceptã cũ fortiorẽ offendisset hercules interfecit. Dehinc cęleno, euribia, phębes, Artemis, venatrix, ab eo perẽpte post has deianirã, Asteriã Marpẽ, Thermessam Adipẽ deuicit Quę cũ virginitatẽ seruare iurasset iusiurandũ seruauit. Vitã nequaq̄ salutare potuit. Menalippe quę amazonibus pręerat ꝓcipua excellẽs fortitudine iperiũ abiecit. Hercules clarioribus sublatis multitudinẽ in fugã versam isecutus amazonũ gẽtem deleuit. Ex captiuis Anthiopẽ theseo largitus est Menalippę sublato baltheo salutẽ dedit:

Cũ amazonibus certamẽ

Decim⁹ labor. decim⁹ deiceps labor ab euristheo herculi iniunctus vt gerionis boues qui in lyberia loca versus oceanum sita pascebantur ad se deduceret. Hercules sciens hunc laborem magni difficilisq̧ esse certaminis exercitum pręparauit

Hyppolite
Themiscyra
Aella
phylippis
parthoes
euribiam
cęleno
phebes
Artemis
Marpem
Termessam
Adipem
Gerionis boues

huic aptum expeditioni. Vulgata erat per orbem fama chryseu hoc enim aduitiis nomẽ traxerat qui vniuersę hyberię imperaret tres habere propugnatores filios tum robore corporis. tũ armis egregios exercitũ pręterea cuilibet fortissimorum militum esse. Quarũ rerũ gratia motus euristheus existimans eam fore difficilem expugnationẽ hoc herculi certamen indixit. At ille priorum ab se gestorum memor fidenter id periculum adiens exercitum creta coegit existimans inde facile se copias traducturum. Optime enim sita insula est: ex qua in vniuersum orbem exercitus educi possit. Verum antea herculi cretenses cumulatissimos honores impenderant: quibus ductus in horum gratiam omnem feris belluis insulam ita purgauit vt nullũ agrestius animal in ea deinceps neq vrsus neq lupus neq serpens neq aliud quid simile sit repertum. Hęc ideo merita in insulã cõtulit: q iupiter ibi natus alitusq fuerit. Ex ea igitur in lybiam nauigans Anteum primo corporis robore ac palestra pręclarum (multo enim externos secum certamine congressos occiderat) ad pugnam prouocatu peremit. Tum in lybia feris belluis plena nonnullas quas subegit oras ita domesticas reddidit vt agrorum cultura plantis fructiferis vitibus oleis fertiles redderentur: ita lybiã antea ob feras multiplices infestã ac desertã adeo habitabilem cultamq prębuit: vt nulli alteri regioni cęderet fœlicitate. Eodem pacto scelestis nephariisq hominibus superbia insup elatis principibus morte sublatis vrbes reddidit fœlices. Tradunt herculem adeo feras bestias hominesq impios odisse atq oppugnasse: q serpentes se adhuc infantem interficere voluissent: qq vir factus imperiu subierit superbi atq iniusti domini ea certamina imperantis. Post antæi mortem in ęgyptum transiens busiridem occidit regem hospitiũ cęde ad se accedentium crassantem. Cum transisset loca arida lybię inuento vbere solo vrbem condidit a multitudine portarum q in ea erãt cẽtũ portarũ appellatã: eius vrbis status vsq ad posteriora pmãsit tpa quibus carthaginẽses maximis copiis vrbẽ ab se expugnatã cœpere. Peragrata maiori lybię parte hercules ad oceanum: qui est ad gades peruenit. Ibiq ab vtraq continentis pte colũnis positis in hyberiã cum exercitu transiit. Chrisauriq filiostribus magnis exercitibus fidentes singulari prouocatione sustulit. Cepta hyberia greges boũ secũ adducẽs iterq per hyberiã faciens. Cũ quidam eius gentis rex vir iustus pre ceteris ac pbus eũ magno honore excepisset: ptem boũ regi dono dedit. Quos

Chryseus

Quare hercules multa cretensibus bñficia contulerit.

Anteus

~~Anteus~~

Quare hercules serpẽtu inimic⁹. Busiris.

εκατονπυλος

centum portarum ciuitas

Hercules columne ad Gades posite

Geriõis mors.

ille herculi dicās singulis ānis ex his pulchriorē illi thaurū sacrifi cauit. Hos sacros in hyberia boues vsq̧ ad nostra tempora constat pseuerasse. Postq̄ colūnarū herculis meminimus vr̄ de his amplius paulo dicēdū. Mōtes ab vtroq̧ latere continētis mari oceano iminēt. In quibus statuit colūnas. Cupiens autē sempiternuʒ sui nois monumētū esse aiūt vtrūq̧ mōtē cōgesta hūo adeo ampliasse vt oceani maris aditū añ iter vtrūq̧ cōtinentem latum arctiorē lōgiorēq̧ redderet. Quo magna cete in nostrum pelagus adire nequirent. Vtq̧ ad posteros ppetua eius opis gloria manaret. Tradūt alii cōiūctis prius mōtibus ab effossis paruū oceanuʒ ad nostrū mare factū. Verū hęc cū singulis liceat ex volūtate credere extimationi hominū relinquēda sunt. Sed tñ antea huic simile opus in gręcia effecerat: nā a locis q̄ tempe appellantur: vbi late stagnabat i cāpis aq̄ ducta fossa aquā deduxit. Thessalię circa peneū fluuiū cāpos fertiles pbēs. In boetia sec⁹ egit. Nā alueo Minei fluminis effosso oēm regionem stagnātē inutilēq̧ reddidit. Sed thessalię opera in gręcorū gratiā acta sunt. Aduersus vero boetios in pœnā mitigadā vrbē incolentiū vltionēq̧ quos illi in seruitutē redegerāt thebanorū hyberiorū regno optimis eius regionis viris tradito cū exercitu i celticā galliam profectus est oiq̧ pagrata puincia infandū interficiēdorū hospitū morē sustulit. Cū ingēs ex oibus gētibus eū exercitus sequeret vrbē cōdidit amplā quā appellauit Alexiam plurimis ex propinquis icolis spōte in ciuitatē cōfluentibus: q cū reliquā multitudinem superāt e vestigio vrbs ad barbaros mores defluxit. Hāc vrbē celtę etiā nūc in honore hñt tāq̄ ois celticę metropoli pmāsit hęc vrbs ab eius cōditore hucusq̧ libera ac sui iuris: postmodum a. C. Cęsare: q pꝑter res gestas deus dictus ē: vi capta romanorū impio aliis celtis cessit. Ab his hercul italiā tēdēs iterq̧ p alpes faciens ita difficilem aditū asperāq̧ vitā statuit: vt postea exercitibus cū iumētis impedimētisq̧ facile iteresset. Barbaros mōtanos ifestos trāseūtib⁹ latrociniisq̧ assuetos occisis eorū ducibus deleuit: posteris reddita itineris securitate: transcēdēs alpes & eam q̄ nunc galatia vocatur p lingusticos transiit patriā asperā ac oino durā multoq̧ ēt incolarū labore ac studio paucos ferentē fructus. qua ex re robusti hoies sūt validiq̧ corpe. Cibi. n. paucitate colēdorūq̧ agroruʒ labore agiles ac leues existunt: & i bello viri pręcipue fortes. Hic cū vltra cęteros cōtinuo agrorū exercitio fatigentur & fœminas quoq̧ rustico opi assuefecerūt. Opis tū virorum tum

Alexia. ciuitas ab hercule condita

Alpes

galacia ligures

mulierũ inuicem ꝑcio cõductis mirabile nostris vnius fœmine factũ cõtigit Quę ꝑgnans cum viris opus mercede faciens ingẽtibus ptus doloribus abcessit inter virgulta ibi ꝙ absqꝫ eiulatu infantẽ editũ foliisqꝫ inuolutũ cũ absconditum dimisisset ad opus nihil de partu locuta rediit. Sed re ad vagitum infantis cognita qui opibus ꝑerat non pmisit matreʒ a labore quiescere donec tandem infantis misertus ꝑbita mercede mulierem dimisit: hercules liguribus ac tirrenis relictis ad Thyberim fluuiũ: vbi nunc roma est: multis postea sęculis a romulo matris filio condita ꝑuenit. Tenebant tũc aborigenes: qđ nũc palatiũ appellant vrbeʒ pœnitus puulã incolẽtes. Inter ꝑstãtiores potitius & pinari⁹ erãt q herculẽ vt hospitẽ magno honore donisqꝫ suscepere. Horũ vitorũ monumẽta vsqꝫ ad hanc ętatẽ romę pmanẽt Nã inter nobiliores habent pinariorũ tãq̃ vetustissimũ genus potitiorũ i palatio coclee descẽsus est lapideę. Ab illo potitia dicta ꝓpiquo domui: q̃ tũc potitii fuit Hercules ad honorẽ sibi a palatinis ipensũ dixisse fert: eos q sibi postq̃ ad deos trãslatus esset decimã bonorũ dicarẽt vitã fœlicẽ victuros. Qđ & euenisse vsqꝫ ad hoc tẽpus cõstat. Multi.n. romanorũ nõ solũ mediocri censu sed q ditissimi sũt̃ niti: decimas herculi vouerunt: posteaqꝫ fortunatiores facti bona sua ad quattuor talentorum milia herculi sacrarũt. Lucullus romanorũ ferme ditissimus extimatis honis decimã herculi partẽ dedit epulas ꝑbens cõtinue ac ꝓfũdẽs multa. Tẽplũ i super iuxta thyberim egregiũ herculi cõdidere romani: i quo ex decimis sacra deo offerũt. Deĩn a thyberi ꝓfectus p littus italię ad cumeũ deuenit cãpũ: in quo tradũt fuisse hoĩes admodũ fortes & ob eorũ scelera gigãtes appellatos. Cãpus quoqꝫ ipse dict⁹ phlegreus accolę q olim plurimum ignis instar ętnę siculi euomens nunc Vesuuius vocat multa seruans ignis antiq vestigia Cognito herculis aduẽtu gigantes instructis copiis oms ei obuiã ꝓfecti sunt. Acriqꝫ cõmissa pugna: pollebant.n. viribus ferunt diis adiutoribus supiorẽ herculẽ pluribus illorũ interfectis eã regionẽ omi feritate purgasse Traditur gigantes terra dici genitos ꝓpter corporũ ingentẽ molẽ. Hęc de gigantibus qui' in phlegra deleti sunt a nonnullis quos Timeus rerum scriptor sequitur feruntur. Ab his locis versus mare ꝓfectus opus exegit iuxta stagnũ: qđ auernũ appellant inter misenũ ac dicearcheos prope calidas aquas Proserpinę sacrum. Eius ambitus stadiorũ est qnqꝫ ꝓfunditas incredibilis vt cũ sit aqua clarissima cerulea videatur

Partus cũ nullo dolore:

Roma potitius Pinari⁹

Decima herculis Lucull⁹ ditissimus.

Herculis tẽplum.

Vesuuius

Phlegreus campus.

Feruntin eo priſcis tēporibus quod poſtmoduʒ fieri deſiit infe=
ros euocari ſolitos. Effluente in mare ſtagno ferunt herculem ex
aggerata terra fluxū clauſiſſe: viaꝗ; deſuper iuxta mare factam
herculeam poſtmodū eſſe vocitatam. Huic digreſſus peruenit ad
Fabula. quādē in agro poſidoniatorū petrā: vbi fabulantur miraculum
quoddam accidiſſe. Erat venator in regione quę dicitur andra
gathia ſolitus antea eorum q̄ cęperat capita: ac pedes dianę dica
Apri caput ta arboribus affigere. Cū aprū ingentē cœpiſſet contempta dea
ait: ſe caput ſolum dicaturū: arboriꝗ; cuipiā ſuſpenſo: cum meri
dianū ęſtum deuitans ſub arbore quieuiſſet in ſomnum incidit:
tum ligaculo ſua ſponte diſſoluto caput decidens hominē pere
mit. Non admirabuntur id factū fortaſſe homines cū ſit memo=
rię traditū hanc deā multos iam impios merita pęna mulctaſſe
At vero herculi ſecus ob pietatem cōtigit. Nā cum ad fines regi
norū ac locrenſiū peueniſſet: deꝗ; via feſſus quieſceret: cicadarū
ſtrepitu pteſus deos oraſſe fertur: vt eas inde āmouerent. Exau
dita pce nō ſolū tūc ſed poſtmodum cicadę nūq̄ ſūt in his locis
Cicadarum ſilentium reptę. Ad mare deinde cū deſcēdiſſet apprime anguſtuʒ vtpote
tredecim ſtadiis latū ſicut Timeus aſſerit boues qdē nando in ſi
ciliā appulere. Ipſe cornu bouis innixtus mare traiecit. Cupiens
aūt circuire ſiciliā a peloro ad ericē cūpueniſſet pambulāti littus
ferūt nymphas ei calidas aquas in requiē corporis paraſſe: q̄ cū
duplices eſſent: hęimerte gepteæ alterę a locis ſūt denominatę
Ericis pugna. Appropinquātē ſuę ditionis locis herculē ad paleſtram ꝓuoca=
uit Erix veneris ac butę eius ore regis filius. Orta p̄mii cōtētio
ne cū erix patriā: hercules p̄miū certaminis boues offerrēt indi
gnatus primū Erix dicit boues minoris exiſtiatiōis ſuę regio=
ni cōparari: herculē vero reſpondiſſe boues ſibi pluris eſſe qbus
ſi priuaretur īmortalitatē eſſet amiſſurus. His aqeſcēs erix in ea
certamine vict⁹ patria ſpoliat⁹ eſt. Eā poſtmodū icolis liberā eo
cōditiōe dedit: vt fructibus illius fruerētur quoad aliquis ex ſuis
poſteris ad ea loca tranſiret. Quod & ita contigit. Multis. n. po
dorieus ſtea ſęculis dorieus lacedęmonius ad ſiciliam nauigans ea regi
one recepta heracleam vrbem condidit. Quę cum breui creuiſſet
heracleam urbem condidit opibus carthaginenſes tum inuidia tum timore nequando viri
bus aucta apœniceorum imperium deleret magnis copiis ab ſe
obſeſſam captamꝗ; euertere. Sed de his ſuo loco ſcribetur latius.
Circūdata ſicilia cum ad loca vbi nunc ſunt ſyracuſę peueniſſet
auditis q̄ de Proſerpinę raptu feruntur deabus illis ſacrificauit

et in Cyane prestanti forma illis taurum dedicauit. Accolas insuper quotannis sacra proserpinę facere ac in cyane dies festos agere sacrisq3 deam colere docuit. Deinceps per mediterranea iter cum bobus faciens sicanos ei instructo exercitu obuios commisso agri certamine deuicit multis ex hostiũ nũero cęsis: in qs dicũt quidã p̄clari duces q vsq3 ad hoc tẽpus heorũ honores assecuti sũt occubuisse.s. Leucaspis pedicrates Buphonus: glichatas buteus: & crytides: post hęc p leontinũ agrũ pgens pulchritudinẽ eius regionis admiratus apud eos a qbus honore exceptus ę ęterna sui reliqt monumenta. Agirenei velut olympios deos festis diebus sacrisq3 herculẽ coluere: & licet antea id phibuisset: tũc tñ primũ suadente demonio, ĩq̃ imortalitatis psagiũ id fieri passus est. Cũ haud pcul vrbe iter saxosum esset: boues saxis tanq̃ cerę vestigia impresserunt. Quod simile & ipsi herculi cum accidisset existimans decimo iam consũmato labore aliquid sibi immortalitatis deberi impẽsa sibi annua ab incolis sacra libens accepit. Vt igitur gratiam bene de se meritis referret: lacum ante vrbẽ effodit quattuor ambitu stadiorum quem a suo nomine vocari iussit: idem & loco vbi boum vestigia impressa sunt nomen indidit. Templo Gerioni constructo: quod adhuc honorant incolę Iolao quoq3 nepoti tẽplũ ędificauit: ostenditq3 quomõ honoris ei ac sacra annua fierent vsq3 ad hoc tẽpus seruata. Omẽs enim eã incolentes vrbẽ ab ipsorũ ortu Iolao sacras nutriunt comas: quo ad amplissimis victimis eũ sibi deum ppiciũ reddant Tanta vero eius tẽpli maiestas habetur reuerentiaq3: vt qui assuetis deficiant sacris: pueri muti euadant & mortuis similes. Idem si vouerint solita sacrificia suscepto voto statim fiunt a morbo liberi. Eius regionis incolę portam: qua hęc celebritas sacraq3 prodibant heraclęam vocitarunt. Palestrę insuper equorũq3 certamina quotannis ad q̃ publicę oms serui liberiq3 conueniũt instituere. Docuere & seruos priuatim deum colentes choreas ducere: epulasq3 simul ac sacra celebrare deo. Hinc hercules cum bobus in italiam pfectus, cum iuxta littus pgrederetur Lacinuʒ furẽ boues furantem peremit. Crotonẽ vero cum inuitus cecidisset sepulchro ei constructo sepeliuit. egregię incolis p̄dicens futurũ tempus: quo ibi ciuitas insignis ex mortui nomine conderetur: ipse pedibus adriaticũ sinũ circũuectus in epyrum primo transiit: deinde in pelopõnesum. Decimo labore pfecto ab euristeo p̄ceptum est vt ab inferis cerberuʒ ad superos educeret.

Boum vesti

Lacinus fur
Croton

Museus
Orphe⁹
eius filius

Ad hoc opus sumptus consilio athenas venit initiatusq; est eleu sinę misteriis. Quibus p̄erat Museus orphei filius. Quoniā vero in orphei nomen incidimus: haud ab re erit paucis de eo scribere. Orpheus trax genere filius lagri doctrina melodiaq; ac poesi excessit oēs: quorū extet memoria. Etenim poema mirandum edidit & suauitate cātus p̄ cęteris clarus a deo fama excreuit: vt melodia feras arbores ad se audiēdū allicere diceretur: doctrinę deditus cū theologię operā impendisset in ęgiptū transiit: plurimarūq; ibi rerū sciētia pcepta gręcorū doctissimus: tum in deorū cerimoniis: tū in theologia: tū in poematibus cātuq; ē hītus Nauigauit insup cū argonautis: obq; vxoris amorē ad inferos descēdens a Proserpina suauitate cantus allecta ipetrauit: vt defunctā vxorē ab inferis excitaret. Qđ et antea fecerat Dionysius quē dn̄t matrē semelē ab inferis quoq; eductā imortalitateq; dōatam theonē denominasse.

Vndecim⁹ her. labor
Theon
Theseus
Perithous
Cerberus

Nunc ad Herculē reuertamur: q vt ferūt fabulę: inferos cū adiisset: a Proserpina veluti frater receptus Thesea ex vinclis cū pithoo solutū fauente sorore supis restituit. Cerberum insuper vinctū p̄ter opinionē attrahēs ad hominū conspectū deduxit. Vltimo ei labore indicto mala hesperidum aurea afferendi: in lybiā trāscēdit. Verū de his pomis non idem scriptores sentiūt. Asserunt qdā in lybiā in hesperidū hortis mala aurea a terribili dracone asseruari. Alii pecudū greges exqsita pulchritudine hesperides habuisse: q̄ ob decorem a poetis aureę dictę sint: quēadmodū & Venerē ob egregiam formam aureā appellant. Nonnulli eas pecudes colore auro simili fuisse volunt: eoq; hoc appellatas noie. Draconē vero extitisse pastorum curā: q vi corpis fortitudineq; pręstantes custoditis gregibus latrocinia p̄hiberent. Sed hoc p arbitrio accipiant legētes. Horuȝ custode interfecto hercules aurea poma ad euristeum cum adduxisset, p tot exactis laboribus expectabat: sicut apollinis prędixerat oraculū immortaliū vitā. Nō omittendū vero nobis videtur: quę de athlante & hisperidum gn̄e in fabulis feruntur.

Duodecimus labor. Hesperidū mala & draco

Hesper⁹ Athlas.
Hesperus

Fuisse in Hesperia tradunt fratres duos fama celebres hesprum atq; athlantem. Hos habuisse oues decoras fere colore aureo ac rubicūdo, a quo eas poetę aurea mala dixere. Ex hespero ortam filiam dn̄t nomie hesperis q̄ fratri nupsit, & ab ea regionē hesperiā nominatā. Ex hac athlas septē genuit filias: quę a p̄re athlantides a matre hesperides dictę sunt. He cum forma ac prudentia excellerent: busiris ęgyptiorū rex cupiditate captus virginum pyra

tas ad eas oras misit: vt ab se raptas virgines asportarẽt. Quo tẽpore & hercules secundũ laborem cõsummans. Antęum in lybia hospites palestra superantẽ occidit. Busiridẽ vero in ęgypto mactatos aduenas ioui sacrificãtẽ merito affecit supplicio. Deinde per nilũ in ęthiopiã profectus emathionẽ ęthiopũ regem prętio victũ occidit. Postremo iterũ ad certamina conuersus prędones qui puellis in horto quodã dũ luderẽt raptis iꝗ nauibus positis subito aufugerãt insecutus in littore quodã deprehensos interemit. Virgines athlãti restituit patri. Quo bñficio mot⁹ athlas nõ solũ dignis facto muneribus donauit herculem sed astrologiã insuper docuit. In qua cũ operã curãꝗ ipendisset pręcipuã: ob spheram astrorũ ab se adinuentã: orbem suis ferre humeris extimatus est. Hercules quoꝗ cũ spheram ad grecos transtulisset: magna est gloria potitus extimãtibus cũ oibus Athlantico orbi successisse. His occupato hercule quę superfuerant amazones aiunt circa Thermodõta fluuium vndiꝗ conuenisse ad bellum grecis inferendum. Nã grecorũ a quibus hercules profectus bello ipsas superasse: sed maxime athenienſiũ iniurias ob earũ reginã Antiopen: alii hypolitã tradũt a theseo captã vlcisci cupiebãt. Itaꝗ scytharũ auxilio fretę: adiutęꝗ viribus magno cum exercitu p cimericũ nauigãtes bosphorũ i trhaciã: ide p europã in agrũ atheniensem trãseũtes castra in his locis q postea amazoni appellati sunt posuere. These⁹ earũ trãsitu cognito ciuiũ coactis copiis aduersus hostes vna cum antiope amazone ex qua filiũ susceperat hypolitũ pficiscit cõmisso certamine atheniẽsiũ duce Theseo victoria fuit. Amazonũ ps interfecta est, ps atheniẽsiũ agro pulsa. Antiope quoꝗ p viro acriter pugnãs occubuit: q̃ ex plio supfuerũt amazones despata pria i scythiã diuertere: sed quoniã de his satis antea scripsimus: ad herculis redeamus gesta pactis ab eo laboribus rñsoꝗ ab diis accepto cõferre plurimũ ad consequẽdã immortalitatẽ ad coloniã sardos ab eo mitti filiosꝗ ex thespiadibus susceptos colonię pfici duces. Iolaũ nepotẽ cũ filiis adolescẽtiores .n. erãt destinauit. Necesse vr nobis qꝫ magis hui⁹ colonię origo cõstet horũ filiorũ gñs referre. thespis vir fuit nobilis atheniẽsis ericthei filius: q imperãs ei quę ab se denominata est regioni ex pluribus fœminis filias genuit qnquaginta. Hercules puer adhuc sed robore pstãs corporis cupiens ex eis prolem suscipere vocato ad sacrificiũ patre cum opipare illi epulas parasset accersitis filiabus singulatim recognouit omnes: ex quibus geniti

q̃re her. cęlũ sustinuisse dicatur.

Antiope

Hypolita

Theseus

Hyppolitus

Mors hypoli.

Thespis

Thespis

Thespiades quinquagita mares omnes eiusdē ferme ętatis cōmuni nomine thespiades dicti sunt. Hos decreuit in coloniam mittere iuxta oraculi respōsum pfecto classis iolao exercitu tradito: & thespia dū & colonię deducende curam hercules permisit: Ex quinquaginta liberis duo thebis mansere. quorum progenies etiam nunc dicitur in honore esse septem. Thespiis quos demuchos appellāt

Demuchi. Posteri quorum ad hęc vsq; tempora ciuitatis habētur principes. Reliquis pueris multisq; pręterea voluntariis ad ędificandam coloniam assumptis

Iolaus Iolaus in sardiniam nauigans priorem insulę partem campestrem scilicet tenuit iolęam ab eo hodie quoq; dictam. Eam regionē cultiorē arboribusq; fructiferis vberem cu3 effecisset: bellicosam etiam reddidit. Adeo enim hęc insula fructuum copia celebrata est: vt carthaginenses postmodum multa certamina periculaq; pro ea subierint potiunda sed de his suo

Dedalus loco dicetur Iolaus colonia condita cū e sicilia dędalum accersisset: eā pluribus pręclaris operibus: quę nunc vsq; permanent: atq; ab artifice appellant Dędalia exornauit. Gymnasia insup magna erexit ac sumptuosa Iudicia quoq; ac cętera quibus ciuitas diuturnior esset ac fœlicior instituit populos ab suo nomine thespiadibus: qui eum vt patrem colebant: hunc honorem concedētibus iolaos appellauit. Na3 propter illius in se parentis officia a deo eū dilexere: vt ipsum genitoris cognomie vocarit. Quo accidit: vt qui postmodum sacra ei deo facerent: iolaum appellarent patrem quemadmodum persę Cyrrhum: rediens deinceps i gręciam iolaus indeq; siciliam nauigans aliquādiu permansit i insula. Quo tempore plures qui cum eo accesserant capti locorum amœnitate sicanisq; permixti in insula remansere summo ab incolis honore accepti. Iolao cum gloria pręclarus esset multaq; diuersis in locis sui reliquisset beneficii monumenta: & templa &

colonia libertate donata. deorum honores plures ciuitates tribuere. Verum in ea colonia mirabile quid dictu accidit. Responsum enim a deo datum est eā coloniam perpetua libertate fore quod nostra adusq; tempora verum constat fuisse. Nam cum eius vrbis populus increbrescentibus in ea temporis diuturnitate qui colonos numero superabāt barbaris ipse quoq; barbarus effectus se ad montana asperaq; contulit loca vbi habitaculis terrestribus humo effossa lactę ac carne armentorumq; quorum plurima apud eos erat copia vitam ducentes procul a bellorum discrimine aberant. Itaq; & carthaginenses postea & romani frustra eos armis sępius ap-

petiuere. Verum ad herculis acta proxima superioribus reuertar oro. Cũ is oia absoluisset certamina. Megaram vxorẽ iolao ꝑpter parẽtis erga liberos suos officia cõcessit: existimãs amplius ex ea liberos suscipe calamitosum fore. Ad prolem vero procreandam alterã minime suspectã q̃rẽs iolẽ euriti filiã i ęchalia dñantis petiit q megarę repulsam veritus sup eo matrimonio se cõsulturũ rñdit. Hercules frustrat⁹ spõsa iiuriaq̃ꝫ motus Euriti abegit ęquos. Iphitus euriti factũ vt erat suspicãs: cũ ad ęquos inuestigãdos in tyrithũ venisset: visus est ab hercule turri quandã altã ascendere speculatũ sicubi forte ęqui pascerent. Sed cũ nullos aspiceret: dicẽs falso culpatũ se furti hercules de turri ꝑcipitem iphitum dedit. Ob huius mortẽ hercules in morbũ cũ incidisset: in pilum ad neleũ profectus est hortans vt se mũdaret a cęde: hic cũ filios cõsuluisset: oẽs ꝑter Nestorẽ iuniorẽ minime purgandũ esse cẽsuerunt. Tũ hercules ad Deiphœbum hypoliti filiũ adiens vt purgaretur suasit. Sed cũ nequaquã sanari posset: deq̃ꝫ morbi cura apollinẽ cõsuleret: responsum est facilẽ eius valitudinis curã fore: si iusto venderetur pręcio: pecuniaq̃ꝫ exinde redacta iphiti liberis daretur. Coactus igitur oraculi responso parere cum quibusdam amicis in asiam nauigans sponte sua a quodam ex amicis venundatus seruus omphalę virginis factus filię Iardane eorũ reginę qui aliquando meonii: nũc lidii dicuntur pręcium iphiti filiis cum datũ esset Pristina valitudine recuperata Omphalæ seruiens omnes eius regionis latrones sustulit. Cecropas qui dicebantur ꝑdones regioni infestos partim peremit: partim omphalę victos tradidit Syleũ raptos ab se viatores ad opus vinearum cogẽtẽ ligone percussum cecidit: itonas latrocinantes Omphale patriã cõpescens vrbem eorum receptaculum expugnatã captamq̃ꝫ diruit. Cognita herculis virtute: & qs esset Omphale & liberũ fecit: & ex eo genuit filiũ Iamonẽ. Susceperat vero & ãtea seruus ex serua Cleolaũ. Post hęc cum in pelopõnesum transcendisset ad troiam cum exercitu contra laomedontem regem profectus est. hic cum Iasone prius militauerat ad vellus aureum promissisq̃ꝫ ob marinum monstrum ab se occisum ęquis frustratus est: quibus de rebus paulopost inter argonautas dicemus Iason cum bello occupatus postmodum opportunitate capta troianis arma intulit cum nauibus (vt aiunt quidam) magnis decem & octo vt Homerus tradit sex: filium triptolemum introducens dicentem. Herculem patrem equorum Laomedontis gratia cum

herculis morbus

Omphale Hercules seruiens

Bellum troianũ

Oicleus
Laomedon.
Priam⁹.
Thelamon
hesione
Herculis exilium
Tidarus

sex nauibus pauci sq viris illi cœpisse ciuitatem: & viris patriaz orbasse. Veniens ad troiam hercules cum copiis militum precessit ad vrbem Oicleo amphiarii filio prefecto classis relicto Laomedon improuiso hostium incursu preuentus copias pro temporis angustiis comparatas ad oppugnandas naues duxit: sperãs si illas incendisset: finem se bello positurum. His occurrens Oicleus commisso prelio occubuit. Reliqui ad naues refugientes classem procul a terra abegerunt. Laomedon reuersus initio ꝓpe vrbem cum herculis exercitu prelio & ipse & multi preterea pugnantes cecidere Hercules vi capta multos vrbe rebelli interfecit. Priamo solus enim filiorum patri consuluerat equos herculi pollicitos tradendos quoniam iustus videretur: regnum Illiensium permisit. Telamonem coronauit ob egregia virtutis merita tradita ei hesione laomedontis nata. Hic enim vi primus vrbem intrarat: cum hercules firmissimam muri arcis partem aggrederetur Deinde rediens in peloponnesum militauit ob negatum premium aduersus angeam. Commissa cum eliẽsibus pugnare infecta ad olenum rediit. Huius filia hippolita: cum axanio nupsisset: cœnans cum ceteris in nuptiis herculeis: euritionem centaurum conspecta eius cui vim inferebat iniuria interemit Redeuntem in tyrinthum herculem: Euristheus veluti sibi insidiantem accusans ex tyrintho vna cum alcmena Ephidea q ac iolao abire iussit. Coactus recedere cum his ad archadie ephineum diuertit: inde motus cum audisset pompam ex elide neptuno ad isthmum mitti cuius Euritus Angei dux erat. Euritum iuxta cleonam vbi nunc est herculis templum necauit. Deinceps bello aduersus Aelim moto occisoq Angeo rege: atq vrbe vi capta phileo angei filio regnum tradidit. Fuerat hic antea a patre pulsus quoniam arbiter inter eum & Herculeum factus p̃mium herculi dandum censuisset. Hippocoon postmodum ex sparta pepulit tyndari fratrem Eonium vero licymini herculis amicũ hippocoontis filii viginti numero interfecerunt. Qua re incensus herculis cum exercitu illos adhortus acri commissa pugna victoria potitus ẽ: plurimisq eorũ occisis spartæ vi capte tindarum Castoris ac pollucis patrem regem prefecit statuens vt ad eius posteros regnum spectaret. Ex herculis exercitu pauci admodum cecidere: in quis strenui fuerunt viri Iphitus: tiphus: Eiusq decem & septem numero filii. Tres enim tantum ex vi-

[Handwritten marginalia: "ipse enim primus ingressus est in urbem troianam"; "phineus"; "hippocoon"; "tyndarus"; "castor pollux"; "iphitus tipheus ... decem et septem filii herculis in pugna cecidere"]

ginti superfuerunt. Ex hostibus vero & ipse hippocoon & decez filii occubuerũt: magnusq̧ p̃terea spartiatarũ numerus. Ab hac expeditione in archadiam regressus ad aleã regẽ diuertit ibi cũ filiã Angeam ab se clam cognitam grauidam reliquisset ad stimphalon transit Aleus tumore ventris filię cognito q̃siuit quis eaz corrupuisset. Ab hercule vt erat vim illatam ferente fidem dictis abnuens pater cuidaz Nauclero amico in mari mergendã dedit Illa in nauim deducta cum esset iuxta parthenium montez vrgentibus partus doloribus in proximam siluam tanquã ad rem necessariam descendit: ibi cum peperisset. infante inter virgulta abscõdito nauiculam rediit: Cumq̧ ad Endaplium archadię portum peruenisset: saltem est prẹter spem consecuta Nauicularius enim illam mergere iuxta patris prẹceptum noluit. Sed dono dedit quibusdam ex caria in asiam profecturis: qui angeam secum vrbentes regi mysię Theuthranti tradidere: infantem in parthenio a matre relictum pastores quidam corithi regis: cum reperissẽt a cerua exibito vbere nutriri infantem ad regem detulerunt quem corithus vt filium educans Telephi (eo q̧ fuerit a cerua nutritus) nomen dedit: hic vir factus matrem inuestigans venit in delphos responsoq̧ accepto: vt in mysiam nauigaret ad Teuthrantum regem inuenta matre cognitoq̧ cuius esset filius magno in honore habitus est. Teuthrantus liberis masculis orbatus Argiopem natam Telepho despondit: instituitq̧ successorem regni. Hercules cum in phineo quinquennio fuisset filiorum licimnii iohidisq̧ fratris interitum ęgreferens sponte ex archadia ac peloponneso abiit. Cum plures eum archades sequerentur: in calidonem secessit: Non proles ei legitima: non vxor erant. desponsauit ergo Deianyram Oenei filiam meleagro de quo haud ab re erit paucis scribere iam defuncto. Oeneus in magna frumenti copia cum cęteris diis sola diana neglecta sacrificasset irata dea calidonium aprum ingenti magnitudine celebrem ad vastandam late patriam propinquam immisit. Ad hunc delendum Meleager ętate viribusq̧ integer pluribus assumptis secum sociis aprum iaculatus occisę bestię premium id erat animantis pellis omnium consensu tulit. Cum in venatione athlanta Schinei affuisset filia eius amore captus pellem veluti laudem occisę ferę sibi concessit. Quod factum qui vna venati fuerant thestei filii ęgreferentes aduenam eis fœminam prẹferri improbato meleag

Angea

Teleph

Deianyra.

Oeneus

Meleager.

Athlanta.

facto athlante per insidias cum in archadiam rediret pellem ab stulere. Meleager: tum amore motus: tum incensus ignominia athlante auxiliũ ferens primum raptores vt virtutis ab se datũ mulieri premium restituerunt. Horatius est eius verbis cõtẽptis omnes (ii erant Althee fratres) necauit: illa suorum cæde mœsta meleagrũ execrata est ab diis immortalibus: qui eius votum exaudierunt: filio mortem imprecata. Fabulantur quidam Meleagri ortu parcas noctu insomnis altheæ dixisse. tunc vite meleargi filii finem fore cum id lignum: is torris extinctus erat cõbureretur Oro puero existimans in eius ligni custodia filii salutem contineri diligenter custoditũ seruauit. Postmodũ fratrum morte irritatã torpore cõbusto ferũt causã iteritus filii extitisse. Cuius facti postea pœnitẽs laqueo vitã finiuit. Dum hec agerentur hippotus in oleno iratus filie peribie se ex matre grauidã afferẽti ad oeneũ in etholiã misit iubens vt eã q̃ primũ perimeret. At ille cũ recẽs vxor: filiusq decessisset: cõtẽpto patris mãdato illã vxorẽ cepit. Ex qua filius ortus est. Tydeus: Sed de his hactenus hercules in calidoniorũ gratiã fluuiũ acheloũ i aliũ cursũ diuertens plurimos agros ex aque irrigatione fertiles prestitit Cuius rei & poete quidam meminere scribentes cum atheloo herculẽ sub tauri spẽ certasse: qui cũ in cõgressu tauri alterũ cornu fregisset etholis illud quod amalthee cornu vocant dono dedit. Fructuum omnium vuarum malorũ aliorũq eiusmodi pomorũ copia repletum. Fingũt poete acheloi cornu fossam a fluuio ductam pomis vero & malis punicis ac racemis mõstrari regionis fertilitatem quam fluuii humor prestet & agros reddat feraciores Amalthee cornu durum esse aiũt: qua ex re operis eius labor notatur. Hercules presidia calidoniis ferens thesprotis illato bello & ephyram vrbem vi cœpit & phileum thesprotorum regem interfecit. Filiam vero eius ex qua genitus est ei Triptolemus captiuam cognouit. Triennio post deianyram vxorem sumptam in cena a vino concalefactus Eurinomnm puerum architelii filiũ ministrantem paruoq errore lapsum pugno ictum occidit inuitus. Qua ex re dolore perculsus calydonia cum vxore deianyra hyloq puero ex ea orto recessit. Cum itinere ad Euenum peruenisset flumen. Nessum centaurum reperit precio viatores flumen transuehentem. Hunc traductam deianyram violare conantem muliere viri opem implorante hercules sagitta transfixit: cum prius tamen Deianyrã cognouisset. Moriturus

Althea. laqueo vitam finiuit

Hippotus

Peribia

Tydeus

Achelous.

Amalthee cornu

triptolemus

phileus thesprotorum rex ab Hercule interfectus

Euinomus puer errore pugno ab Hercule occisus est

Euenus

Nessus.

Causa cur Hercules discesserit ex calidonia

ex vulnere pollicitus est ei se amoris medicamentum traditurum quo nullam preter se mulierem hercules aliam appeteret: iussit itaqꝫ semine quod ex eo exciderat cum oleo & sanguine ex sagitta defluente immixto herculis tunicam vngere. Quo dato consilio cum expirasset illa clam hercule quod mandatum erat assumpsit. Hercules transito fluuio cum ceyco trachim regi obuiasset apud eum diuertit archadum militum presidio fultus. Deinde cum philantus driopum rex templum apollinis delphicum diceretur violasse: vna cū meliensibus armis aduersus eum sumptis & regem peremit driopum: & incolis patria expulsis eorū agros meliensibus dedit. Filiam regis captiuam secum ducens compressit exqꝫ ea filium suscepit antilochum. procrearat etiam ex deianyra. Post hyllum filios duos Gleneam & diopitem. pulsi. Driopes quidam diuertentes ad Euboeam ciuitatem condidere Caryston. Alii in cyprū nauigantes vna cum cypris mansere. Reliq Euristhei herculis hostis presidio freti tris vrbes in peloponneso condidere. Asinē: Ermionē: Eionē. Orto deinde inter dorienses qui estiotes appellātur (iis Egineus imperabat laphytasqꝫ circa olympum habitantes: quibus rex erat coronus phoronei filius) bello cum preualerent copiis laphite dorienses ad herculem confugere: is in belli societatem accitus pollicita tertia doridis regionis parte ac regno permisso bellum vna cum doriensibus aduersus laphitas mouit. Milites archades qui apud eum semper erant secū ducens. Horum presidio vsus superatis prelio laphytis coronum regem peremit. Reliquos multis occisis e regione pro qua bellū suscitatum erat coegit excedere. His actis Egineū tertie prefecit parti sibi concesse mandans: vt eam suis posteris seruaret: in thracinam transiens Cyonum martis ab eo prouocatus peremit. Deiceps ab icono profectus per loca maritima ad ormenium regem cū peruenisset: eius filiam astydamiam sibi dari cōnubio petiit. Quam rem cum abnuisset sciens illi deianyram vxorem esse bellum hercules regi intulit. Captaqꝫ vrbe ac rege interfecto astydamiam captam stuprauit: genuitqꝫ ex ea filium ctisippum. his gestis in etholiam contra Euriti liberos: quoniam iole vxor ei antea negata fuerat Exercitum duxit: Cumqꝫ archades ei opitularentur vrbe capta Euriti filios occidit: Toxeum: Melionē ac Pythium: iolem captiuam secū ducens. Ex euboea in montē profectus est nomine Gineū: ibiqꝫ sacra facturus lycham domesticum quēdam ad vxorē deianyrā in trachinā misit: vt ei

Antilochus

Coronus

Astydamia.

ctisippus

Iole

vestem qua in sacris vti cõsueuerat afferret. Hęc cum a lychade a
more Ioles percepisset cupiens se omnibus amore preferri tunicã
iuxta centauri consilium tinxit: hanc a lycha rei inscio: delatam
hercules indutus medicamenti vi paulatim inualescente torque
ri maximo dolore cœpit. Virus.n.sagittę veneno vipereo infusę
corpus conficiens dolores ciebat immensos. Itaq; lycham vestis
latorem primum occidit: tum dimisso exercitu in trachinam ve=
nit: morboq; magis in diẽ ingrauescẽte in delphos lycinium ac
Deianyre mors. iolaum misit. Apollinem morbi remedia sciscitatum. Deianyra
calamitate herculis stupefacta cum causam tanti mali sciret a se
profectam laqueo excessit e vita. Responsum appollinis iubebat
ferri cum apparatu bellico herculem in oetam: ibiq; prope eum
ingentem strui pyram de reliquis inquit ioui curam fore. Qui cũ
iolao erant iussa Apollinis exequentes: quod futurum erat suspi
herculis mors cabantur. Hercules desperata salute in pyram cum ascendisset ro
gabat accedentes vt ignem subiicerent. Quod cum nullus aude=
Philoctetes. ret, solus Philoctetes in gratiã sagyttarum quas ei hercules reliqt
pyram succendit. Subitoq; fulminibus circundantibus pyra exu
sta est. Accedente iolao vt ossa colligeret: cum nullum pœnitus
repertum esset: credentes herculem secundum oraculi responsã
ad deos translatum: sibi vt heroi sacra quędam fecerunt. Inde
menetius ad trachinam reuersi. Menetius postmodum actoris filius hercu=
lis amic⁹ tauro capro arieteq; velut heroi imolatis: istituit vt sin
gulis annis herculi in opunto sacra fierent vtq; pro heroe cole=
retur. Cum idem thebei facerent: athenienses grecorum primi
vt deum sacrificiis herculem coluerunt: suæq; pietatis erga illum
deum exemplum reliquis prębentes. Vniuersam primum grę
Iunonis partus ciam deinde cæteras omnes gentes ad eius cultum conuertere.
Adiiciendum est superioribus iouem persuasisse iunoni: vt her=
culem se fingeret genuisse matrisq; erga eum deinceps beniuolẽ
tiam ostenderet: partum eiusmodi fuisse tradunt: iuno cum in le
ctum ascendisset sumptum iuxta corpus herculem per vestes in=
ferius in terram dimisit verum partum imitata. Sicut & nunc
vsq; in filiorum adoptatione obseruant barbari Iunonis opera
post hunc partum ferunt heben herculi nupsisse: de qua & poe=
ta post obitum scribit: ipse cũ diis immortalibus in delitiis versa=
Dii xii tur habens heben pulchros habentem pedes. Herculem vero
dñt nequaq̃ inter duodecim deos prout Iupiter prędixerat rece=
ptum. Fieri enim non poterat nisi vno ex duodecim prius pul=

so vt alter reciperetur: iniquum enim fore honorem vni tribui cũ alterius dei ignominia. Scriptis q̃ de hercule dici possũt Nũc argonautas cum quibus militauit hercules referamus.

Iason. Eson. Pelias.

IAsonem tradunt. Esonis filiũ extitisse nepotem peliæ Thessalorũ regis. Qui cũ eẽt robustus corpore animiq̃ pter cęteros suę ętatis elati aliquid agere optans mẽoria dignum ex superiorum exemplo maxĩeq̃ psei aliorũq̃ pluriũ quos ꝓpter externas expeditiones gestaq̃ pręclara immortalem gloriam assecutos intelligebat: exarsit animo ad illorum opera imitanda: itaq̃ communicato cum rege consilio pelias suo desiderio assensit. Non vt adolescentis gloriam augeret: sed sperans illum citius inbelli expeditione periturum. Se enim filiis masculis natura priuatum esse videbat. Fratrem timebat ne quando filii ope sibi regnoq̃ insidiaretur. Hanc suspitionẽ occultã tenens pollicitus est se belli auxilia laturum: si expeditionem pararet in colchos ad vulgatum vellus aureũ rapiendũ. Habitabatur tunc pontus a barbaris ac efferis nationibus infensisq̃ hospitibus cũ oẽs aduenas eo nauigantes interficerent. At iason laudis appetens cum certamen difficile non tamen pœnitus impossibili propositum videret sed quo maius esset: eo ampliori se gloria victorem fore necessaria ad id bellum parauit primum iuxta pelium nauem ędificauit magnitudine atq̃ apparatu longe maiori q̃ quę ad eam diem fieri consueuerãt. Erat eĩ antea paruarũ nauicularũ vsus Ad huius vero eximiã magnitudinem stupẽtibus oĩbus diffusa per gręciã eius rei fama multos egregios adolescentes vltro ad certamen & eius belli cõmunionẽ allexit: iason in aquã deductã nauẽ cũ necessariis ad nauigãdũ rebus fulcisset optimos eorũ q̃ secũ ire appetebãt elegit nũero quattuor & quinquaginta: ex eis clarissimi erãt. Castor & Pollux: hercules: Thelamõ: Orpheus: Athlantę schinei: pterea tespesii filii & ipse nauigii auctor iason. Nauis ergo dicta est vt q̃dã asserũt scriptores: ab argo eius architecto: qui etiã inter nauigandũ eius resarciendę curã cœperat. Vt alii ab eius velocitate. quã antiqui Argon appellabãt. Hi oẽs ducẽ sibi ꝑfecerũt herculẽ veluti omnium iudicio fortitudine & virtute pręstantiorem Deinde ex colcho nauigante atho ac samothracia pretergressis tempestate acti ad sygeũ troię appulere. Cũ in terrã descẽdissẽt virginem iuxta littus vinctam ob hanc vt ferunt causam reperetunt. Neptũnum tradunt propter operam ad ędificanda per-

Argo nauię.

castor, Hercules, pollux, Telamon orpheus, Athla[illegible]

hesione sors & liberatio.

gama ab eo vt fabulę tradunt impensam iratum laomedonti regi: e mari cete in terram misisse A quo maritima incolētes loca coloniqꝫ absumebantur. Peste p̄terea quę terrę fructus corrumperet propinquos agros afflixit. Omnibus ea calamitate territis cum tantis malis salus q̄reretur: laumedontem dicūt ad Apolline destinasse q̄situm rebus aduersis remedia. Responsum est ab oraculo: neptūni iram causā malorū esse: q̄ mitigaretur si puerū troiani sorte ductū cete traderēt vorandū itaqꝫ singulis in sortem coniectis cū in hesionē sors regis filiū cecidisset eo actus est laumedon natam in littore victam bellue futurum cibus exponere: interim argonautis in littus descēdētibus hercules visa puella cū rei causam cognosset vincla dissoluit: inqꝫ vrbē p̄fectus regi obtulit se id monstrum interfecturum. Laumedon accepta oblatione equos illi inuictos dono se daturum cū spopōdisset. Cete ab hercule petiit: hesione oblata conditione herculem ne liberatorem sequi: an in patria remanere malet cuꝫ hercule abire elegit: non tam vitę beneficio: q̄ timore ne iterum prodeunte cetę ad idem supplicium destinaretur. Hercules & donis quibus honorifice cumulatus fuerat: ac equis hesioneqꝫ penes laumedontem quo͛d reuerteretur ex colcho relictis cum argonautis ad destinatum certamen profectus est. Magna iterim tempestate cohorta cęteris salutem desperantibus solum orphea tradunt religionis peritum vota pro salute samothracibus fecisse extemploqꝫ tēpestate sedata: cum duo astra supra pollucis & castoris capita cecidissent omēs eo miraculo stupentes credidisse deorū prouidentia se a periculis exemptos. Quo facto contigit vt ęquos postmodū magis agitaret tēpestas samothracibus vota pro salute facerent: astraqꝫ apparentia ad Castorem pollucēqꝫ referrent: inde sedato mari in thraciaꝫ ad regnum phinei transcendentes duos adolescentes offendunt: qui verberibus cęsi vt viui in terrā effoderentur pœnā expectabant. Filii hierāt phinei et Cleopatre quā ex orithia Erithei ac borea natā ferunt. Verum odio ac falsis nouercę calumniis inique a parente ad eas damnabantur pœnas. Duxerat vxorem phineus ideam dardani scytharum regis filiam: cuius amore captus voluntati eius assentiebatur: huic nouercę in gratiam matris priuigni ira moti vim intulerunt. Argonautis ad rem nouam stupentibus aiunt adolescentes inter tormenta ab eis veluti diis auxilium implarasse: & simul causam dixisse paternę iniquitatis orantes vt se ab iniu-

Orphei vota p̄ argonautus.

Phinei filii Cleopatra idea

qua ex(s)perent forte. His phineus cum occurrisset vetuit ne quid contra suũ decretũ voluntatẽq; agerent nullũ.n. patrẽ ait de filiis sponte suppliciũ sumere: nisi amorem in liberos paternum magnitudo scelerum superaret interim qui cum hercule in naui erant boreades cleopatre fratres tradunt ꝓpter cognitionem primos enaui auxiliũ adolescẽtibus tulisse: eisq; a vinclis liberatis obsistẽtes tãtũ occidisse barbaros: phineus ad pugnã cũ venisset barbaris auxilia ferẽtibus herculẽ ferũt acriter ꝑceteris pugnantẽ & ipo phineo: & filiis obtrũcatis captaq; regia & liberasse cleopatrã: & filiis paternũ regnũ restituisse: qb⁹ de nouerca suppliciũ sũpturis suasit hercules: vt ad patrẽ in scythiã mitterent rogarẽt q; vt ipse ob filię in se iniurias puniẽdę actor eẽt. Quo facto scythia natã morte mulctauit. Cleopatrę filię apd̃ thracas suę modestię gloriã tulere. Non ignoro quosdã priscarũ rerũ scriptores tradere filios a patre phineo excecatos & phineũ quoq; a borea priuatũ visu herculẽ ꝑterea ad hydrã in asiã ascẽdẽtẽ in eis locis ab argonautis relictũ. Dissentiunt sane in historia priscis rebus recẽsẽdis: vt haud mirandũ sit: si quis veteris historię auctor a poetis reliquisq; scribentibus quandoq; discrepet. Verum phineidas tradunt regno cleopatrę matri permisso e thracia cũ argonautis in pontum profectos: ipsos autem nauem ad tauricã applicuisse ignota incolentium feritate. Mos enim erat eius regionis barbaris aduenas nauibus aduectos dianę sacrificare. Apud quos aiunt iphigeniam postmodum huius deę sacerdotem homines ad eius aram mactare solitam presens postulat historia: vt causę huius aduenas sacrificandi ritus referantur a nobis pręsertim cum argonautarum transitum hic maxime locus spectet. Solem ferunt duos procreasse pueros Aetam ac Persen. Aeta in colcho regnauit: in taurica perses crudeles ambo efferriq;. Ex perese hecate orta est superans audacia immanitateq; patrem. Vtq; cruciatu hominũ lęta eos pro feris appetere sagittis consueuerit: Sed ad venena mortifera conficienda summum studiũ operãq; impendens prima aconitũ inuenit Vim naturamq; cuiusq; veneni in cibis: quos aduenis dabat experta. His rebus admodum edocta primum veneno patrem sustulit. Deinde regno assumpto templum statuit dianę cui nauigantes hospites sacrificabat existimans ea crudelitate suum nomen clarius futurum: post hęc nupsit aete genuitq; liberos tres Circẽ: Medeã: & Egialeũ. Circe ad omnis generis venenorum

Boreades.

Taurica diana.

solis filii

Circe.
Medea.
Egiale⁹

curā versa multarum herbarum radicumq; varias vires mirabilesq; repit. Et quāuis a matre hecate in plurimis instructa esset tamen multis ab se de nouo adinuentis omnibus in ea re pręstitit. Hec samatarum regi quos quidam scythas dicunt cum nupsisset primum veneno virū abstulit. Deinde regno capto multa vi crudelitateq; subditos vexauit. Quibus rebus regno expulsam quidam scriptores ad occeani quandam desertam insulā cū mulieribus q̄ eam secute erant confugisse. Quidam ad italiam venisse tradunt: inq; eo promontorio: quod nunc quoq; ab illa circeum vocetur recedisse. Medeam quoq; tum a matre tū a sorore singula beneficia edoctam diuersis moribus vixisse ferunt Nam & hospites eripiebat a vitę discrimine: & sępe apud patrē pręcibus & gratia pro damnatorum salute intercedebat. Quandoq; ipsamet ex custodia captos dimittens. Aetā ferūt tū sua natura tum vxoris suasu crudelē necandorū hospitū cōsuetudinē seruasse: medeā vero cū magnis in diē parentū aduersa crudelitati ab aeta ob filię timorē in liberā custodiā destinatā Illa ad solis templū (id in littore sitū erat) cōfugit. Quo tēpore argonautę a taurica in pōtum noctu delati ad tēplū peruenere. Ibi medeam iuxta littus abulātem cū inuenissent: ab ea de hospitum cęde edocti virginis humanitatē collaudarūt. Deinde aduētus sui cā medeę palam facta illa imminens a patre periculū crudelitatemq; in hospites vt cauerent admonuit. Communicato consilio medea se adiutricem ad perficiendum certamen propositum pollicita est Iason iureiurando data fide vxorem sibi illam quo ad vita superstes esset futuram spopondit. Tum noctu argonautę relictis tēplo custodibus cum medea ad vellus aureum profecti sunt. De quo vt apertius scribatur pręsens historia ne quid ex his omittatur: quę ad ipsius cognitionē spectat requirit. Phrixum athamantis aiūt nouercę insidias declinantem vna cum sorore hella e gręcia fuisse: tranfretantibus illis iuxta quoddam deorū oraculum ex europa in asiam super aureo ariete virginem in mare delapsam dedisse hellesponto nomen: phrixum in pontum proficiscentē delatum in colchida: qui cum secundum oraculum arietem sacrificasset pellem in templo martis suspendit. Postmodum aeta in ponto regnāte responso datum est illum tunc mortem obiturum cum externi nauigio delati aureum vellus sustulissent. Hac ex causa tum vero innata crudelitate ostentauit se hospites sacrificare: vt diuulgata tanti scele-

Medeę i dānatos gratia.

Solis tēplum.

Iasonis & Medeę conuentio.

Phrixus & Helle cūaureo vellere nouerca lesisidias euitarunt.

Circe uir(um) ue(neno) abstulit

Circeum promontorium

ris fama externi omnes cum accessum abhorrerent. Templũ quoq͛ muro circundedit: custodesq͛ plures apposuit ex taurica accitos: de quibus a grecis mirande fabulę finguntur. Decantatum enim est tauros ignem spirantes circa tẽplũ esse. A drachone insuper custodiri vellus. Verũ taurorũ nomen a custodum robore traductum est a crudelitate vero cędis hospitum tauros ignem efflare confictum modo simili cum templi custos dracho appellaretur traduxerunt poetę admirandas stupendasq͛ eius animãtis fabulas. Similiter & de phrixo quoq͛ fabulę cõfictę sunt. Quippe nauigasse eum ferũt quidam in naui: cuius in prora signum fuerit arietis. Quod helles moleste ferens cũ in sponda nauis incumberet in mare decidit. Alii tradunt. Gambrũ scytharũ regem in colchos quo tempore phrixus cuꝫ pedagogo captus fuerit aduectũ: cum adolescentem dilexisset dono illum ab acta cœpisse. eumq͛ vt legitimum ab se filium educatum regni heredem relictum. Pedagogum (is aries vocabatur) sacrificatum diis eiusq͛ pellem a cadauere euulsam de more templo fuisse affixam. Deinde responso tradito se tũc moriturum cum aduentantes hospites arietis pellem sustulissent: regem aiunt adhibitis templo custodibus eam quo diligentius seruaretur deaurasse. Sed hęc legentibus suo arbitratu iudicare licet. Cęterum medeam tradunt argonautas ad templum deduxisse martis longe ab vrbe Sybari colchorum regia stadiis septuaginta. Accedentem ad fores templi medeam appellati taurica lingua ab ea milites apertis ianuis vt regis filiam introduxerũt: argonautę tẽplũ simul ingressi eductis ensibus cũ plures ex barbaris occidissent: aliis improuisa re territis diffugiẽtibusq͛ erepta aurea pelle e vestigio ad nauẽ reuersi sunt Medea drachonem pellis custodię incubãtẽ semperq͛: vt fabulę ferunt vigilẽ veneno pimẽs vna cũ Iasone mare cõscẽdit. Re ab his q diffugerũt aete nunciata afferũt eũ cũ his q ĩ promptu erãt militibus grecos insecutũ plures iuxta littus comperisse. Quibus cũ primo ipetu pugna cõmissa iphitus Euristhei qui herculi certamina iperauerat frater cecidit. Cęteris deinceps cũ suis auxilio accurrissent instaurato certamine rex est a meleagro occisus. Superantibus grecis reliq colchorũ in fugã versi magna ex parte iteriere. Optimus tñ quisq͛ vulneratus est: Iason laertes athlante ac Thespiades. Quos diebus paucis medea radicibus herbisq͛ curauit. Deiceps cũ recuperata valitudine nauigasset iã mediũ põticũ mare tenẽtes ingẽs tẽpestas magno cũ piculo adorta ẽ. Tum

Thauri igniferi
Dracho custos
Phrixi naues
Sybaris
Velleris aurei ereptio
Aete mors

ab Orpheo quēadmodū antea voto Samothracibus facto quie-
Glauc⁹. deus
uerunt venti: appuit quoq; iuxta nauē maritimus glaucus: qui
duabus noctib⁹ totidēq; diebus cōtinuo nauē comitatus & futu
ra herculi certamina & imortalitatē pdixit: tidaridis vero q; dio
scuri vocarētur: deorūq; honores ab hominibus essent consecu-
turi. Deniq; cum omnes argonautas nomine appellasset: dixisset
q; votis orphei ab diis se missum: qui eis futura prediceret: con-
sulere se illis ait: cū primū ī patriā venissent: vota diis persolue-
rent p salute iam bis ab illis suscepta. Argonautę cū ad hostiū pō
bizānus rex bizā tium.
ti peruenissent: ad orā appulere: cui tūc iperabat byzātus: a quo
vrbs byzantium est appellata: ibi erecta ara cum diis vota persol
uissent: locum consecrarūt: quem etiam nunc nauigantes colunt
hercules ad troiā laomedon.
deinde mare ingressi per propontidem hellespontumq; ad troiā
delati sunt. Hic hercules fratre iphiclo ac Thelamone ad ciuitatē
missis equos hesionemq; iuxta promissa postulatum tradūt lao
medontem oratores captos trusisse in carcerem: reliquos argo-
nautas per insidias occidere voluisse: cuius rei omnes pter pria-
mum filios adiutores se prębuere. Hic solus contradixit: asserens
seruandam esse hospitibus promissorum fidem: atq; ęquos soro
remq; esse tradendos. A qua sententia cum auersi essent: fert pria
mus duos in carcerem ad Telamonem enses clam detulisse: nar
rataq; patris voluntate extitisse eis cau[s]a salutis. Nam illi custodi
bus interfectis ad mare fugientes exposito singulatim sociis lao
medontis cōsilio vna cum eis regi qui cū militibus ex vrbe sī ad-
uersus pdierat occurrerunt: acri certamine commisso cum argo-
nautę virtute superiores essent: ferunt herculē p cęteris fortiter pu
priamus
gnantem & occidisse laomedōtē & primo impetu vrbe capta ī re
gis insidiarum conscios animaduertisse. Deinde priamo vt viro
iusto amicoq; regno tradito cum reliquis argonautis discessisse
Nonnulli ex antiquis tradunt poetis ab hercule non cum argo-
nautis sed solo cum nauibus sex ęquorum gratia profecto troiaʒ
deletā. Quod & homerus videtur in suis carminibus sentire: scri-
bens herculē ęquorū laomedontis gratia sex propriis nauibus &
viris paucis ciuitatem ab se expugnatam cœpisse. Argonautas a
troia tradūt in samothraciam delatos redditis magnis diis votis
iterū in tēplo posuisse phialas: quę hucusq; seruantur. Eorū redi
tu adhuc apud thessalos ignoto diuulgatam aiunt esse famam
omnes qui cum Iasone in pontum nauigarant occidione occi-
sos esse. Itaq; pelia tēpus esse ratus cęteros quorum erat priuare

regno primo Iasonis patrem sanguinem tauri bibere compulit Fratrem promachum adhuc puerum occidit. Amphinomes mater morti destinata virili animo rem ausa memoratu dignã Cuz ad interiora regię cõfugisset orans deos: vt tãtę ipietati merita pœnia darẽt: ense pectus trãsfixit. Hoc pelias pacto oĩ iasonis progenie sublata cito suorũ scelerũ pœnas luit. Nam cũ iasõ in thessaliã ad ormũ haud lõge ab colcho locũ vrbẽ egrediẽtibus occultũ noctu appulisset. impiã suorũ cognouit cędẽ argonautis suã operã ad tãtũ scelus vlciscendũ pollicẽtibus oiaq; subire paratis discrimina haud parua inter eos dubitatio incidit: subito ne vi ĩ vrbem irruendum esset deq; improuiso rex armis appendus an arcessendi a suis milites: cõmuniq; bello res esset agenda Haud enim possibile fore ab tris & quinquaginta viris superari regem posse: cui plurimę auxilia vrbes ferrunt. Cum hęc agitarentur fertur medea pollicita esse suis se peliam necaturam dolis: regiamq; se illis sine periculo traditura. His verbis admirati omnes cum modum sui consilii quererent respõdisse medeam dicunt secum attulisse plura mirandęq; virtutis venena: tum a matre hecatę: tum a circe sorore: quibus nunq̃ antea ad hominum perniciem vti voluisset reperta. Nunc vero eorum causa facile se id scelus pelię (si velint) vlturam & simul quę actura esset singulatim cum prędixisset: a regia insuper maritimę spelũcę custodibus signum perfectę eri se daturam asseruit fumũ die: noctu ignem: igitur parata caua dianę imaginę varia venenorum genera in ea abscondit. Deinde capillos suos quibusdam medicamentis canos reddens ita faciem corpusq; rugosum effecit vt aspicientibus quędam senior anus videretur. Sumpta deide quã (stupendo quodam apud vulgus modo) condiderat dianę statua in vrbem profecta omnes ad superstitionem commouit. Cum veluti fantastica videretur singulis per vicos ad spectandũ concurrentibus hortabatur vt pie deum suscipeient colerentq; Accessisse enim eam ab hyperboreis & regis & ciuitatis bono cum singuli deum sacris venerarentur vniuersus tanquã debacchatus populus medeã in regiam deduxit. Hęc res & pelię superstitionem iniecit & filię in eum stuporem medeę pstigiis deducti sunt vt persuaderentur p̃sentem deam fœlicitatem regię pbituram. Asserebat enim dianam a draconibus per aerem delatam magnam orbis partem circuisse. Vt autẽ perpetuo coleretur elegisse omniũ regũ piissimum. Mandasse insuper sibi deã:

Pmachus. Amphinomes.

Medeę ad peliã aduẽtus

vt senectam pelię quibusdam pharnacis ablatam in adolescenti am verteret multorumq; annorum vitam beatam diisq; acceptam pręberet Atq; verba cum rex veluti miranda obstupesceret iussit Medęam in seipsa vt fides ei haberetur: quod dixerat experiri: illa petens vt pura vna ex filiabus afferretur aqua: cũ se ex thalamo inclusisset vnxissetq; corpus herbarum viribus in priorem ętatem restituta est Quę res & regem & omnes quid id aspexerant ad stuporem perduxit Videbatur enim non nisi deorum quadam prouidentia senectutem in virginis ętatem pulcherrimeq; fuisse conuersam Fecisse quoq; asserunt eam quibusdam incãtationibus vt draconum species dea p aerẽ ab hypboreis vecta apud peliã diuertere videretur. Hęc cum pręter naturam putarent humanã cũq; pelias plurimi Medeã faceret existimaretq; illam verã loqui aiunt omnibus singulatim filiabus mãdasse: vt volũtati imperioq; medeę parerent. Non eñ decere regis corpus seruorũ manibus tractari: sed filiarũ obsequio deorum beneficio potiri. Diligenter igr filias obsequi medeę imperauit: quicquid circa sui corporis curã mãdaret. Sequente nocte cũ pelias dormitũ esset aiunt dixisse Medeam necesse esse vt pelię corpus in vase ęneo coqueret. Quod cum acturę essent virgines vna experimẽto aliquod fidẽ verbis suis fieri postulauit. Aries aderat multis annis domi nutritus quẽ virginibus pollicita est si illum prius decoxissent: in agnũ se postea restiturã. Cum virgines ãnuissẽt ferũt medeã arietis decoxisse corpus in frustra diuisũ ac venenis quibusdã ex lebete agni speciẽ eduxisse. Quo facto fides medeę habita adolescentes omnes pręter. Alcestem quę impietatem facti abnuit ad interficiendum peliam induxit Tum medeam dicunt: ne pelię corpus aut inciderent aut coquerent edixisse. Simulans vero prius votum lunę esse faciendum virginis supra culmen regię cum lampadibus ascendere secum iussit: ibi colchorum lingua longa ad terendum tempus oratione habita signum dedit argonautis rei conficiendę tempus adesse illi igne e speculo conspecto existimantes regem defunctũ cursu vrbem petentes mœniaq; ingressi strictis ensibus ad regiam profecti sunt vigilibus qui obstiterant interfectis. Virgines quæ antea ad decoquendum patrem e tecto descenderant Iasone cęterisq; argonautis in regia pręter spem conspectis sua calamitate admodum afflictabantur. Neq; enim medeę facinus vlcisci poterant neq; erratum suum corrigere.

Aries in agnũ

Alcestes pietas.

Itaq; cum sibi mortem consciscere vellent. Iasoni earum misertus a proposito reuocauit solatus: non sponte eas errasse vel malitia sed errore deliquisse. Omnes deinde benigne consanguineas allocutus bono animo esse iussit populo ad contionem vocato culpam gestorum in peliam reiecit. Se enim minori ait q̃ passus eēt pœna priores iniurias vltū. Se peliȩ cuilibet filiorū paternū regnū traditurū. Filiarū vero p̲ earū dignitate curā se habiturū spōdit. Quod & paulopost effecit egregiis eas despondens viris. Nam alcestem priorem filiam nuptui postmodū dedit Admeto: Feriti: Thessalo: Amphinomen: Arobremoni Leōtei fratri: Euadnē vero oeneo cephali tūc phoceorum regis. His actis cum argonautis ad Ischinū peloponnesi nauigans sacra fecit neptuno cui nauem argo dedicauit. Cum ingens eius fama esset apud corynthiorum regem Creontem ad eum diuertens secum vitȩ reliquum tempus egit corynthi. Cogitantibus argonautis in patriā abire herculem ferunt hortatum esse ad res magne fortunȩ obeundas adegitq; ut iureiurando pollicerentur alterum alteri si opus esset auxilio fore. Elegisse autem clarissimum grȩciȩ locum ad statuenda certamina concursusq; hominum celebrandos. Id q; certamen maximo deorum Ioui olympio consecrasse. Cum argonautȩ omnes in fœdus communis prȩsidii iurassent instituendorum cura herculi demandata illum elegisse aiunt ad hominum conuentus eleorum regionem iuxta alphei flumen. Vnde iuxta eum loca maximo deorum sacrata olympia ab eo appellantur: cum ȩquorum certamen palestramq; instituisset modo certaminum statuto vrbes propinquas ad deorum spectacula exiuit. Ex gloria famaq; herculis expectatione certaminum olympicorum vulgata grȩcorum omnium qui clari essent eo cōcursus fuit plurimis quoq; variis ex vrbibus Herculis amicitiam secutis cum singuli eius virtutem bellicamq; disciplinam admirarentur: ideoq; vltro se comites periculorum obtulissent: qui breui optimum exercitium confecit. Quo omni peragrato orbe ob plurima in homines collata merita immortalitatem meruit: poetȩ vero fabulis assueti miranda quedam canētes herculem solum absq; armis fabulantur decantata orbis monstra perdomuisse. Sed de his antea scripsimus. Nunc ad Iasonem reuertamur. Hunc corynthi tradunt cum annis decem cum Medea vixisset genuisse ex ea filios priores duos didimum Thessalum:

Creū corynthiorum rex

Olipia

Filii Iasonis & medeȩ.

Alcymenum his posteriorem tertium Tissandrum quo tempore aiunt medeam magno in honore non solũ propter speciem qua eminebat sed propter prudẽtiã cęterasq; quibus ornata erat virtutes a viro habitã esse: paulatim deinde ętate decorẽ forme auferente: iason Glauce Creontis filię amore captus virginẽ nuptui a patre petiit. Annuente creonte certũq; nuptiarum statuente diem Iason medeę nititur spontaneum diuortiũ suadere. Ait enim cupere se illam vxorem ducere non in eius contemptum: sed vt filios suos in domum regiam ea cognatione introduceret Egre verba hęc ferente medea deosq; testes iuramenti pręstiti appellante. Iason suscepti beneficii oblitus creontis filia vxore sumpta medeam vrbe expulit. Illa cum a recessu die; vnũ a creõte petisset noctu regiam ingressa certis medicamentis immutata facie domum incendit radice quadam a circe inuenta ea virtute vt incensus ignis nequiret extingui. Repente conflagrante regia Iasonem exiluisse tradunt glaucã creontem: q; igne absumptos. Quidam scriptores volunt medeę filios dona quędã sponte attulisse venenis illita: quę cum illa corpori applicuisset: & incidisse in morbum & patrẽ auxiliũ cũ filię ferentem corpori illius hesisset e vestigio expirasse. His haud quaq̃ acquiescens medea inq; Iasonis vltionẽ intenta adeo ira amor crudelitasq; i ea exarserãt postq̃ illum flammas euasisse cognouit animum morti filiorum in patris calamitatẽ adiecit. Omnes vno qui aufugit excepto natos iugulauit: eorumq; corpora sepeliuit i iunonis templo: deinde fidissimis sociis fugę assumptis medea nocte ex coryntho fugiens thebas ad herculem venit. Hic eorum quę in colcho promissa erant sponso factus se ei auxilio futurum iuxta datam fidem promisit. Iason filiis vxoreq; priuatus cẽsentibus omnibus eum iuste plecti cum doloris vim ferre nõ posset sibi mortem consciuit. Corinthii casus atrocitate obstupefacti cum de sepulchro puerorum dubitarent ad pythium quid de adolescentum corporibus agendum esset consultum misere. Mandatum a deo est sepeliri eos in iunonis templo atq; heroum honoribus coli: quo facto aiunt Thessalum qui cędem matris effugerat: in corinthum redisse. Deinde in colchum iasonis patriam reuersum vbi cum reperisset pelie filios: recenter interisse regnum heneri debitum suscipiens subditos ex suo nomine thessalos appellauit. Nec vero ambiguos de thessalorum nomine non idem sentire omnes sed varias ferri opiniones: de quibus postmodum

Glauca

Iasonis mors.

suo loco differemus. Medea cum thebis herculem in insaniam versum ab eoq; filios occisos reperisset medicamētis illum ab eo morbo liberauit. Deīn cū euristhei pceptis herculis patēdū esset omni eius auxilii spe amissa athenas ad ęgeum pandionis cōfugit. Ferūt quidā ab ęgeo cognitam filiā genuisse medū qui post modū medię imperauit. Alii ab ippeto creontis accusatā omninoq; absolutam. Deinde cū Theseus ex trizeno athenas transisset de beneficio accusatā fuisse: exq; athenis migrare cōpulsam Verū pollicente ęgeo se eā tuto quo vellet missurū phœniceā elegit. Quo & delata est: inde ad superiores asię partes trāsiens cuidā clarissimo hesit regi. Ex quo filium peperit medū q post pr̄is obitū regno succedēs & rex fuit egregius: & populos ab se denominauit medos. Tragędi postmodū miranda quędaʒ de medea variaq; ediderunt. Quidam in gratiam atheniensium medeam aiunt susceptū ex ęgeo medum in colchos aduexisse incolumē. Cūq; eo tēpore aeta a fratre perseo vi regno pulsus esset medeę opera quę perseum sustulit medum regno prępositū. Auctis deinde regni viribus medum plurimis asię locis: q̄ supra pontū est peragratis subiecisse eam quę ab ipso media sit appellata. Recensere autem quę de medea scripta sunt singula & longum esset & minime necessarium. Verum quę de argonautis supersunt prioribus adiiciamus. Non enim pauci: tum veteres: tum posteriores scriptores: inter quos est & Thimeus tradūt argonautas post captum aureum vellus cum aeta nauibus hostia pōti obsedisset. Rem mirificam fuisse aggressos & historia dignam: nauigantes enim per flumen tanaim ad eius fontes iuxta quendam locum naui per terram ad alium fluuium tracta in oceanum versus arctum per eius decursum delatos ferunt. Postmodum terra a sinistris relicta cum ad gades peruenissent: nostrū mare igressi in patriā reuerterūt. Horū vestigia ferunt q iuxta oceanum habitātes inter deos pręcipue pollucē castorē colunt. Traditūʒ enim est illis a priscis vsq; temporibus hos deos pręsentes in oceano nauigantibus adesse. Esse quoq; iuxta oceanum loca: quę varia tū ab argonautis: tū a dioscuris nomina sumpsissent. Epirus insup: quę est intra gades expressa redditus illorum continet vestigia. Hi iuxta tyrreniū nauigantes ad insulā venere: quā dicunt ethaliam vbi optimū eorum locoruʒ portum a naui quod nomen ad hęc tempora permansit argoon appellarunt. Similiter iuxta tyrreniam portus octingentis procul ab roma stadiis thelamō est co

Medeę in herculē bn̄ficiuʒ

Medus

Res noti tia digna

Castor Pollux

ethaliam

gnominatus: insuper iuxta formias Italię aeta dicta caieta est. Postea in syrtes vento acti: cũ a Tritono libię rege naturam eius pelagi percepissent declinato periculo tripodem ei ęneum dono dedere litteris priscis insculptũ: quod adhuc apud hesperios seruari dicunt. Neq3 vero omittendum videtur quod quidã scriptores pro vero tradunt argonautas per hystrum nauigantes atq3 ad eius fontes delatos postea ad asinum adriaticum peruenisse. Hos tẽpus redarguit existimãtes hystrum pluribus hostiis in pontum defluentem: eũq3 qui in hadriam descendit ab eisdem locis decursus initium sumere. Romanis cum his gentibus bellum q̃ hystruz incolunt gerentibus eius fontes quadraginta stadia a mari procul inuenti sunt. Verum nominis fluuiorum similitudo causam erroris scribentibus dedit. Argonautarum herculisq3 gestis e nobis descriptis filii quoq3 recensendi sunt: hi post Herculis obitum apud regem Ceycum in trachina consedere. Cum hilus aliiq3 fratres quidam iam viri euasissent veritus Euristheus ne cuz omnes ad eam ętatem peruenissent imperio micenarum priuarent cupiensq3 omnis eos grecia pelli. Ceyco nisi & herculidas & licymnii filios. Iolaum insuper ac omnes archades qui cũ hercule militassent eiiceret bellum indixit At ipsi euristheo impares viribus decreuerunt sponte trachinam relinquere. Adeuntes plures ciuitates: quę pręclare erant rogitantesq3: vt se in vrbem reciperent cęteris timore recusantibus a solis atheniensibus insita humanitate suscepti sunt tricyrintho illis vrbe (quę tetrapolis nominatur) ad habitandum concessa. Postea cum herculis filii omnes ętate matura essent, prudentia adolescentibus vt ab hercule genitis innata Euristheus eorũ incremẽto inuidẽs magno exercitu aduersus illos profectus est. Herculide atheniensium pręsidio fulti iolaum, theseum hylumq3 duces belli constituentes: acię Euristheum superarent Multi in ea pugna Euristheum secuti occubuerunt: ipse curru fugiens ab hylo herculis filio occisus est. Filii quoq3 euristhei in ea pugna omnes cecidere Herculide post euristheum insigni prelio deuictum mutuo consilio auxilioq3 aduersus peloponnesum duce Iolao mouerunt bellum. Athreus post euristhei obitum capto micenarum regno accitisq3 togatis ac quibusdam aliis belli sociis herculis filiis occurrit. Apud isthmum cum vtriq3 exercitus conuenissent hylus hostem quicunq3 is esset ad certamen ea conditione prouocauit: vt si ipse vicisset euristhei regnum filiis herculis cederet. Si vero occu

Ceycus rex

Herculidae

Tricyrinthus.

herculis filii

euristhei mors

athreus

buiſſet heraclides fœdus ſeruantes in corinthum redirent. Pau lopoſt licymnius cũ filiis herculis ac triptolemo apud agros ſpõ te illos ſuſcipientes manſit. Reliqui qui in tricorintho ſederant decurſis ex pacto annis in peloponneſum tranſierunt. Quorũ res ſuo referentur tempore: Alcmena thebas profecta cum eua nuiſſet a thebanis deorum honoribus culta eſt. Cæteri herculi- de repetita ab Eginio Dori filio ei credita patris hereditate apũ doreos concedere. Triptolemum in argis commorantem fe- runt licymnio electionis orta contentione occiſum. Qua ex ce- de ex argis fugiens Rhodum applicuit. Hanc inſulam incole bant tum greci ab Triopato phorbantis filio deducti. Quam ille communi accolarũ conſilio cum in tres partes diuiſiſſet. tres in ea condidit ciuitates Lindũ Iliſum: Camirũ. Imperauit autẽ omni inſulę ob gloriam nomenq́ paternũ: ad demũ cum Aga- mẽnone ad troianum bellum ꝓfectus: poſteaq̃ de Hercule filiiſ q̃ rettulimus: locus ſe offert: vt Theſei: qui herculis certaminu3 imitator fuit geſta narrantur. Natus ex ęthra pitthei filia ac nep tunno in trizena nutritus eſt penes pitheum maternum auum ac ſigna prout ferunt fabulę ab ęgeo ſub petra poſita recogno- ſcens athenas venit. Deinde mare ingreſſus vt herculis virtutes imitaretur ad ea certamina adiecit animumque laudem & glo riam ſibi eſſent allatura: & primũ cũ qui dicebatur chorynetus heſternorum interfectorem ſuſtulit: hoc vſum cognomine a co- ryna quod genus armorum eſt ad vlciſcendum accomodatum Secundum qui in iſthmo erat Schinon qui duas flexas pinus at q̃ vtriq́ alligato hominis brachio ſurſum dimittens corpus vi diſcerptu3 maximo cruciatu afficiebat. Tertius fuit a theſeo in teremptus in crommyone aper ſilueſtris: a quo plures interibãt viribus ac magnitudine preſtãtes. Deleuit inſuper Scyronem ha bitantem ea loca megarę: quę ab eo ſaxa ſcyronia vocãtur. Hic viatores cogebat: vt ſeipſos pręcipiti iactarent loco deductos ſupra ſcopulũ abruptũ hoies calce in mare iuxta chelonem pro iiciebat. Suſtulit etiam iuxta eleuſinã Certionẽ certamẽ cũ prę- ſentibus: atq́ ab ſe victos perimentẽ. Deinceps procuſtem occi dit in eo loco terrę atticę: qui dicitur Curdalus habitantem. Hic viatores cogebat ſupra lectum aliquẽ aſcendere. Quo ſi lon giores erant parte ſupereminente amputabantur: qui vero bre- uiores pedib⁹ diſtẽdebant. A qua re ꝓcuſtis cognominat⁹ ẽ His actis athenas veniens ęgeum propter ſigna cognouit. Tum

Licymnius. | Alcmena dea. | Herculide | Theſei geſta. | Chorynetus.

Lindum | iliſum | Camirum | ethra | pitheo in trizena et terrus | Chorynetus primus per Teseo in terfectus. | Schinon 2o a theseo interfectus 2 ho ta [illegible] | Aper silvestris a teseo interfectus | Scyro | Cercion | Curdalus | procustis

marathoniũ taurũ ab hercule ex creta in pelopõnesum traductũ athenas ab se victum aduexit. quem ęgeus sacrauit Apollini. Superest vt de minotauro: quo thesei gesta absoluantur ab eo in

Genealogia te ctami

terfecto referamus. Oportet enim temporibus: quę a nobis explicata sunt contigua quo notior fiat historia describi Tectamus Dori filii Elleni ex deucalione orti cum ęolis ac pelasgis in cretam nauigans insulę imperauit. Sumpta cretę in vxorem: filiũ Asterium creauit. Quo in creta regnante Iupiter (vt aiunt) europam ex phœnicia raptam supra taurum detulit in cretam: ex ea tres genuit liberos. Minoem: Rhadamantum Sarpedonẽ: Asterius deinceps prole carens cum vxorem duxisset europam Iouis adoptatis filiis regni eos reliquit successores. Horum rhadamã

Europę filii.

tus cretensibus leges dedit Minos suscepto regno cum itonem lictii filiam vxorem cœpisset: genuit ex ea licastum. Hic quoq; cum regnaret in creta ida coribanti filia vxore ducta secundum minoem genuit: quem nonnulli iouis filium tradunt. Hic primus grecorum parata classe maris imperio potitus est. Cum despondisset pasiphen solis cretęq; filiam: suscepit Deucalionem Crateum: Androgeum: & Ariadnem pluresq; naturales liberos. Androgeus cum athenas consensu atheniensium omnium concessisset ęgeo regnãte: inq; certaminibus superaret athle

Androgeus.

tas omnes in consuetudinem pallantis filiorum venit. At ęgeus suspicans ne quando propter Androgei amicitiam apallantis auxilio minois regno pelleretur insidiis Androgeo paratis ad spectaculum celebre proficiscentem thebas per quosdã eius regionis accolas circa Inoem terrę atticę interficiendum curauit. Cęde filii perturbatus Minos athenas venit supplicium interfectoris Androgei petens spretis eius verbis: bellũ atheniensibus idixit addita execratione: qua aduersus atheniẽses siccitatẽ famẽq; imp̃catus. Siccitate tũ atticos: tũ reliquã gręciã vrgente corrupte terrę fructibus belli duces quõ hęc mala auerti possent deum cõsuluere Iussit eos ad ęacum iouis ęginę asopi filię adire iubereq;: vt pro se vota facerent. Quibus profectis siccitascũ penes alios grecos cessasset: solos atheniẽses vexauit. Coacti igitur sũt rursus a deo implorare tantę remedia calamitatis

Mino tauri pueri.

Hanc defuturã deũ ferunt respõdisse: si pro Androgei cæde Minoi quas vellet pœnas dedissent: parentibus deo atheniẽses p̃cepit Minos pueros septem totidem virgines singulis annis Minotauro quoad viueret vorandos tradidit. His datis defecit sic

citas. A bello abstinuit Minos annis septem transactis rursus cū in regionē atticā cū magno exercitu transisset minos: ac bis septem pueros petisset traditi sunt. Theseus cū esset nauigaturus accessit ac gubernatorē Egeus pcipiens: si minotaurū supasset filius: vt albis velis portū intraret: nigris queadmodū & antea ī ionia fecerūt: si perisset. Theseus in cretā cū nauigasset Ariadne minois filia eius specie ac decore capta & cōsiliū operāq; dedit minotauri occidendi & laberynthi egressu edocuit. Deinde cū ariadne noctu clā recedēs in insulā appulit aliquādo diē nūc vero nassum vocitatā. Eo tēpore Dionysium ferunt pulchritudine ariadnes captū cū a theseo virginem abstulisset vxorem illā ab se ptermodū dilectam duxisse. Post eius obitum propter singularem amorem honore immortalium dignatus coronam ex astris ariadne in cœlo constituit. Verum eos qui cum theseo nauigabant ferunt ęgre admodum raptum virginis ferentes propterq; dolorem ęgei mandatorum oblitos nigris velis in atticam peruenisse. Quod ęgeus cum aspexisset existimans theseū filium peremptum rem heroicam aggressus ex arce ob dolorē semet pręcipitauit. Post patris interitum theseus regno succedens cōstitutis legibus populo imperauit: multaq; ęgit ad amplitudinem ciuitatis spectantia in quis illud fuit insigne q plurimum populum athenas ad habitandum induxit. Qua ex re viribus & auctoritate aucta ciuitas gręcię principatum tenere visa est. Verum ad ea quę de theseo supersunt redeundum. Deucalion maior natu filiorum Minois cretę imperauit inita cum atheniensibus belli societate Phedram filiam Theseo despondit. Qui cum post ductam vxorem hippolytum ex amazone genuisset: in trizenam misit sorori ethrę nutriendum. Ex Phedra Athamantum suscepit ac Demophoontem. Paulopost hippolytus cum athenas ad mesteria venisset a Phedra propter pulchritudinem amatus est quo recedente phedra templum veneri in arce vnde in trizena conspectus erat condidit. Cumq; ad pittheum cū theseo diuertisset hippolyti concubitum petit. illo scelus abnuente moleste ideferens nouerca athenas reuersa hippolytum q se viciare voluisse: apud theseum accusauit. Ille dubitans verū ne crimen esset rem ad hippolytū per internunciū detulit ferebatur tunc forte equorū curru hippolytus. Cui calumnia audita labenti animo frena e manibus exciderunt. Turbati equi excussis habenis currū pcipitē egerunt. Quo effracto hippoly-

Theseus · Nassos · Ariadnes corona · Aegei mors. · Phędra · Hippolitus · Athamantus · Demophoon.

tus vestibus implicitus atq; ad terram delatus interiit. Ob eius ante optime actam vitam trizeni deorum illi honores impendere Theseus his turbatus calamitatibus pulsus patria apud hospitem functus est vita: athenienses penitentia ducti ossibus thesei athenas traductis: & illum coluerunt pro deo: templum sibi intra vrbem asilum quod ab eo theseum dictum est cōstituere. Nunc de raptu helenę deq; perithoi erga proserpinam amore: gestis enim thesei sunt immixta dicendum. Perithous ixionis filius defuncta hippodamia vxore. polypito filio superstite athenas ad theseum venit: cuius vxor phędra cum defuncta esset suasit ei helenę Iouis ac lede raptum. Ea tum decimum agebat annum omnes cęteras decore ac modestia excellens. Lacedęmonem profecti capto tempore helenā cōmuni cōsilio athenas aduexere. Deinceps inter eos sorte iacta vtrius esset sponsa helena futura: ea tamen adiecta conditione: vt his pro quo sors cecidisset: socio coadiutor ad alteram quęrendam vxorem foret Idq; iureiurando cum firmassent: sorte Theseo euenit. Quod factum cum ęgre ferrent athenienses: timens Theseus Helenam in Amphidriā vnam ex atticis vrbibus deduxit: eius cura ethre matri multisq; ex amicis permissa Perithous cupiens proserpinam vxorem habere consilium cum Theseo communicauit. Verum cum propter rei impietatem a proposito eum auertere conaretur: vbi illum perseuerantem inq; iurisiurandi vim ad ꝓserpinę raptum se adigi vidit coadiutorem se prębuit. Cum ad inferos descēdissent vterq; ibi captus. Sed postmodū in gratiam herculis liberato. Theseo perithous apud inferos detentus luitu sempiternas suę impietatis ꝓęnas q̄dā scriptores tradunt ābos rediisse ab iferis. Eoq; tempore Dioscorus helenę fratres cū exercitu Amphridriā profectos capta euersaq; vrbe Helenā adhuc virginē captiuāq; ethram Thesei matrē lacedęmonem vexisse. Res postulat: vt de septē ducibus qui thebas profecti dicunt̄ scripturi belli causas a principio ordiamur. Laius thebanorum rex sumpta vxore iocasta creontis filia cum diutius caruisset liberis: oraculo consulto an esset filios habiturus responsum tulit: non conducere sibi prolem habere. Nam qui ex eo prodiret filius patrem occisurus esset aduersaq; fortuna domum funestaturus: post quod responsum pręcepit natum infantem traiectis primum ferro pedibus exponi: vnde & œdipus cognominatus est Sumptum puerum domesticę cum non exposuissent: cuidam

Thesei mors

perithous

Helenę raptus.

Amphidria

perithoi & thesei ad inferos descensus

Laius Iocasta

seruili mulieri nomine polybie tradidere. Cum iam vir factus esset: deum de infante exposito consulere statuit laius. Oedipus quoq; a quodam se fuisse expositum certior factus: & ipse pithiam q sui parētes forent oratū proficiscebatur. Cū ābo apud phocidam inuicē obuiassent. Laiusq; illum deuia cędere superbius mandasset. Oedipus ira motus laium occidit, inscius parentē esse. Eo tempore tradunt sphingem belluaȝ biformē venisse thebas proposuisseq; enigma: quod q non soluerent pirent. Ex quo plures ob rem dubiā interierunt. Soluenti p̄miū iocastę connubium & thebeorū regnū propositū erat. Verum nullus excepto oedipo enygma soluere valuit: id erat eiusmodi. Quod animal bipes idē tripes ac quadrupes foret. Cęteris ad dubitantibus solus Oedipus ait hominem id animal esse. Qui infans quattuor iret pedibus: auctus ętate duobus: iam senior factus tribus: nam baculo tanquam tertio pede sustentaretur. Sphinga suo iudicio victa se ipsam ex loco excelso pręcipitauit. Oedipus ignotam matrem vxorem sumpsit: quattuorq; ex ea genuit liberos Ethioclem. Polynicem Antigonam: & isminem. Hi cum ad ętateȝ peruenissent domestica impietate cognita. Oedipum coegerunt ob dedecus non egredi domum: ipsi sumpto regno fœdere inuicem sanxerunt: vt singuli alternis annis imperarent. Primusq; imperii annus ethiocli cęderet maiori natu: is acto anno petēti ex fœdere renuit tradere regnum fratri. Qua ex causa in argos ad Adrastū regem confugit Hoc tempore tydeus oeneicum in calidone alcatum lycotheūq; nepotes occidisset: ex etholia aufugit in argos. His adrastus benigne susceptis quodam responso motus vtriq; filias vxores dedit Polynici Argiam: Deiphilem Tydeo adolescentes cum a rege probarentur magnaq; eorum virtutis expectatio videretur, ambos in patriam pollicitus est se reducturum. Verum cum censeret primum debere Polynicem restitui ferunt regem ad ethioclem destinasse. Tydeum quinquagita viros ab Ethiocle in insidiis in itinere positos occidisse: ad argosq; prater opinionem redisse incolumen. Hęc adrastum impulerunt: vt quę ad bellum spectabant pararet. Asciuit autem ad belli societatem Capaneum Hippomedontem parthenopeum athlantis schinei. Suadebant amici polynicis: vt ad bellum Amphiaraus vates duceretur. At is cum pręuideret si ei bello afforet se periturum idq; propterea recusaret ferunt Polynicem aureum torquem a venere Hermione datum Amphiarai vxori: quo

oedipus

Sphinx

Filii Oedipi.

Adrasto

Argia deiphile

Tydeos virtus

amphiara⁹ mortis non inscius.

Eriphile
Alcmeõ
amphiaraus
capane°
Hippomedon.
Parthenopeus.

belli societatem viro persuaderet donasse. Eo tempore Amphiaraus Adrastusque de regno dissidẽtes ad Eriphilis Amphiarai cõiugis Adrasti sororem omnem dissensionum iudicium rettulerũt Illa pro amphiarao sententiam tulit: adiiciens vt belli thebis inferendi socius adiutorque esset Amphiaraus existimans se ab vxore proditum ad bellum spopondit se adiutrũ. Sed alcmeoni filio imperauit: vt post suum obitũ eriphilẽ perimeret. Quod pr̃is mãdatum postea executus facti cõsciẽtia in insaniã versus est. Adrastus Polynices ac Tydeus ad bellum ituri quattuor elegerũt duces. Amphiarañ: Capaneum: Hippomedõta & parthenopeum. Qui omnes magno exercitu aduersus thebas ꝓfecti sunt. Ethiocles ac polynices mutuis vulneribus cõfossi conciderũt. Capaneus magno impetu scalis murũ ascendẽs mortez opetiit. Amphiaraus in terre hiatum cum curru delatus absortusque nunq̃ postea visus est. Eodem pacto & reliqui duces omnes ꝑter adrastũ multique preterea mortales occubuerunt: quorum sepeliendorũ facultas a thebanis cum denegata esset in sepultos finẽs adrastus ad agros rediit. Cum nullus auderet hos tumulis condere soli athenienses qui ceteros virtute anteibant omnes sepeliuere. Hunc belli viteque finem septez qui thebas oppugnatum iere sortiti sunt. At vero filii mortem parentum vlturi communi consilio contra thebanos mouerunt arma. Dederat responsum apollo eam se ciuitatem expugnaturos si alcmeonem amphiarai filium imperatorez sibi cõstituissent hic ab illis dux factus deum & de thebano bello consuluit & an matrẽ Eriphilẽ puniret. Respondit apollo vtrumque faceret non solum quia monile aureũ mater in necem paternam sed & peplũ quoque ob filii interitum acceperit. Venerem aiũt quõdam Hermione Cadmi & monile donasse & peplum. Ambo hec habuit Eriphiles: alterum a polynice: alterum a Thersandro polynicis quo filiũ ad expeditionem thebanam hortaretur. Alcmeõ igitur cum milites ad bellũ plurimos ab argis parasset ab vrbibus quoque finitimis accersito presidio exercitum contra thebas duxit. Acerrima cum thebanis commissa pugna alcmeon victoria potitus est thebanorum atritis viribus multisque amissis ciuibus. Cum essent impares viribus omni spe destituti consilium a Tyresia qui diuinator erat exq̃siuere. His thebanos ex vrbe iussit abire: hoc solummodo illos conseruari posse: iuxta tyresie dicta vrbem linquentes aufugere noctu in oram boetie que tilphosea appellatur. Thebe capte ac dirute sunt. Tyresie filiam daphnen

tyresias

Thebe
daphne

Tilphosser

postea cum victores cœpissent in delphos voto suscepto misere oblationē deo. Ea diuinandi artem edocta in delphis degēs multomagis eam scientiam calluit. Itaq; natura admirabilis plurima scripsit varii generis responsa. Cuius ex versibus homerum poetam ferunt multa adornatū sui poematis sumpta transtulisse. Cū hęc sępius dei spiritu ferretur: multaq; traderet responsa. Sybilla ab omnibus cognominata est: nam plenam deo Sybillā esse idē notat. Victores vero vrbe direpta in patriam quisq; multis cum spoliis reuersi sunt. Ex thebanis qui in tilphossum confugerant. Tyresias defunctus est: quem sui ciues magna cū pompa sepeliuere deorū sibi honores tribuentes. Deinceps aduersus Dorienses armis motis pugna supatos ex eorū patria eiecerunt. Transacto paululū temporis quidam ex eis Iunonis sedibus mansere. Quidā athenas profecti sunt. Creōte Menicei regnāte patria pulsi paulopost in dorida remearunt i crineo tineoq; & Euboia habitantes. Antea boetus arnes neptuni filius migrans in ęolidem quę nunc thessalia dicitur. Eos qui secum accesserent boetos vocauit. Sed de ęolidibus paucis dicendum. Priscis temporibus cuȝ ex filiis ęoli qui fuit ellinis ex Deucalione nati cęteri: quę dicta sunt loca habitarunt solus minas in ęolide regnauit. Eius filius hippotes ex Menalippe ęolum genuit. Huius arnem filiam neptunus cognouit. Qua de re indignatus pater Metapontio aduene qui tum casu aduenerat eo pacto arnem dedit vt illam in metapontum deduceret. Vbi duos peperit filios ęolum ac boetum. Quos metapontius liberis carens quodam motus oraculo adoptauit in filios. Hi iam viri facti orta viuente metapontio seditione regnum obtinuerunt: postmodum dissentione inter arnem Autolipen peremere. Eam rem grauiter ferente metapontio illi pręparatis nauibus cum matre multisq; amicoruȝ mare ĩgressi. Eolus quidem ad insulas tyrreni maris appulit quę ab eo eolides sunt appellatę ciuitatēq; cōdidit quam lyparaȝ vocauit. Boetus vero ad eolum venit Arnis patrem a quo loco filii nutritus ē postmodum eolidis regnū possedit: patriam omnem a matris nomine arnem populos appellauit ab se boetos Itonus ex boeto ortus q̃ttuor suscepit filios. Hippodamū Electrionē Archylicū Alegenorem: horum hippodamus Eleum genuit Electrion letum. Alegenor Elonium Archylicus protheroreȝ & Archesilaum: qui ad Troiam iere boetorum exercitus duces. Nunc salmoneum Tyrumq; & eorum vsq; ad nestorem qui troiano interfuit bello po-

Sybilla quid.

Minas hippotes Mena lippe ęolides.

Boetus

Lypara ciuitas

Hippodamus Electrion Archylicus Alegenor

salmoneus

steros referamus. Salmoneus ex eolo Deucalionis est ortus. Qui ex eolide cũ magna suorum manu ꝓfectus cõstitit in elea apud fluuium alpheum. Vbi ciuitatem a suo nomine Salmoneam cõdidit sumpta vxore alcide elei filia genuit ex ea Tyream decore formaq; eximiam. Alcidice defuncta syderam vxorem duxit: q̃ tiream vt nouerca cœpit odisse Salmoneus ob superbiam atq; impietatem contracto subditorum odio iouis fulmine conflagrauit Eius deinceps Tyrea filia adhuc virgo ab neptuno cognita peperit peliaʒ ac neleum: postmodum ex creteo amithaonem genuit. feretumq; & Esonem. Cum diem suum obisset Creteus orta inter peliam. Neleumq; regni contentione pelias iolco finitimeq; regioni imperauit. Assumptisq; melampode ac biãte. Amythaonis agleieq; filiis quibusdamq; ex acheis phitiotisq; ac eolidibus aduersus peloponnesum exercitum duxit. Melampus cum esset diuinator argiuas fœminas propter dionysii iram fanaticas ab insania curauit. Cuius rei gratia Anaxagoras megapenthi argiuorum rex eũ donauit duabus regni partibus his argis cum moraretur biante fratre consorte regni facto vxorẽ cœpit iphianiram filiam megapenti: ex qua protulit Antipharũ mantum. Biantem: ꝓnoem ex antiphato ac zeusippo coontis Iocleus Amalcheusq; orti sunt Iocleus hypermestraq; Lespii iphianiram polibiam atq; amphianum genuerunt. Hoc pacto Melampus ac bias eorumq; posteri argiuorum imperium tenuere. Neleus cum his qui eum secuti erant in messenem transiens accolarum voluntate condidit vrbẽ pilum: cui cum imperaret vxorem sumpsit Chilorem amphionis thebani natam: exq; ea duodecim filios suscepit. Quorum senior perydimeus extitit. Iunior Nestor qui bello interfuit troiano & de progenitoribus Nestoris hactenus. Nunc de laphitis & centauris differemus. Ex oceano ac theti plures filii secundum fabulas monarunt a fluminibus cognominati: in quis fuit peneus: a quo accidit peneum in thessalia dici. Hic ex nympha creusa liberos suscepit ipseum ac Stilbiam: quam cognouisset apollo Laphitum ac centaurum genuit. Lapithus locis circa fluuium peneum ad habitandum lectis cum ibi imperaret Eurionem Arsinoi vxorem duxit: ex qua duos suscepit filios phorbantem ac periphanẽ regni paterni heredes. Populi omnes a laphito laphitę appellati sunt phorbas cũ in olenum transcendisset accersitus ab Alectore boetiorum rege cũ pelopis vires formidãte cleorũ regnũ ab eo cœpit: huius filii

Tyrea salmõei filia.

salmõe⁹ igne cõsumptus

pelias

Neleus

Melãp⁹ ꝑ etidũ curator.

nele⁹ nestoris pr̃

egeus auctorq; paterno successere regno: periphas alter laphiti natus ex astiagia vxore ipsei filia octo genuit liberos quorũ natu maior antion ex melate Amythoni suscepit ixionẽ hic vt tradũt dona plurima esioneo pollicitus despondit eius filiam chã exq̃ genuit perithoum. Veruз cum ixione nequaq̃ ꝓmissa vxori tradidisset esioneus pro iis equos illius cępit. Tunc ixion pollicitus se quę promiserat daturũ accersitum a se esioneum ĩ foueaз ardentem coniecit. Qua crudelitate cum nullus eam cedem purgare vellet ab ioue vt fabulę tradũt demũ purificatus iunonẽ stupri interpellare ausus est. Qua re cognita iupiter nubem in forma iunonis cum interposuisset: ixion eo cõcubitu centauros genuit. Tradũt tandẽ ixionẽ scelerũ magnitudine ab ioue rote alligatũ ꝑpetua post obitum torqueri cruciatus pœna. Centauros nõnulli volunt in pelio a nymphis nutritos postmodum equos subagitasse. Exq; eis hippocentauros natos. Creditum ꝙ primi eqtare ausi sint eoq; natã fabulã veluti equi essent hoisq; natura. Hos ferunt tanq̃ phithoi cognatos partẽ regni paterni ab eo postulasse. Qđ renuẽti bellũ a laphitis illatũ est Sed eo cessante postmodum: cum pithous hippodamiam despõdisset theseo ad nuptias ac centauris vocatis illi vino ebrii fœminis quę in nuptiis erãt vim afferre cognati sunt. Qua iniuria tum theseus tuз laphitę permoti multis centauris peremptis reliquos e ciuitate eiecerunt: hanc ob causam centauri vna aduersus laphitas profecti plures interfecere Qui cedi supfuerũt ptim in pholoem archadie ꝑfecti sunt: ptim in malea habitarũt: hi rebus secundis elati ex pholoe egressi ad prędandũ propinquos gręcos eos occiderunt. Nunc de Aesculapo eiusq; posteris referendũ Aesculapius traditur Apollinis coronidisq; fuisse filius Qui natura ingenio prędarus medicine opera impensa plurima valitudini hominum vtilia adinuenit. Adeo autem peritia artis excelluit vt q̃ plurimos desperantes sanitatem liberaret a morbo: propterea q; creditus sit nonnullis defunctis vitam restituisse ob eam rem tradunt ipsum apud iouem ab inferis accusatum tanq̃ earum imperium diminuentem. Quod semp excitarẽtur a mortuis homines illius cura eaq; causa exacerbatũ iouem fulmine esculapium occidisse. Hac morte Apollo iratus ciclopes qui id flumen fabricarent interfecit. Quo facto indignatus iuppiter iussit. Apollinem homini in pœnam erranti seruire Esculapius filios reliquit Machaonẽ & podalitiũ qui arti paterne dedit cum

Ixionis ꝑfidia

Cẽtauri

Aescula pius.

Ciclopũ mors.

Podalitius & machaon apollinis filii

ad troiam cū agamennone accessissent plurimum grecis in eo bello in curandis summo studio vulneribus opitulati sunt maximā ob id gloriā adepti. Meritis quorum immunitas rerū omnium post bellū ēcōcessa Sed de his actenus. Nūc de Asopi filiabus eacique liberis scribendū. Ex oceano ac tethide fabule tradūt ortos esse filios plures: a quibus flumina cognominata sunt in quis peneus. Asopusque extitere: peneus in thessalia sedez eligēs fluuio nomen indidit. Asopus cū phliūtem ad habitandum elegisset: sumpta in vxorem Methope ladoni duos suscepit filios pelasgum atque ismenū. Filias duodecim ismenus in boetia habitauit iuxta fluuiū quē a suo nomie ismenum cognominarunt ex filiabus Sinopes ab appolline rapta i eum locū delata est vbi nunc est vrbs ab ea sinopes dicta eorum filius syrus his imperitauit qui ab eo syri sunt appellati. Corcyra vero rapta a neptuno in eam insulā delata est: quā ab ea dixere corcyram ex his natus est pheacus a quo pheacum nomen cœpit: pheaco filius extitit Alcionus: qui vlixem in ihacā deduxit. Salamis quoque a neptuno rapta est aduectaque in insulam ab ea Salaminam appellatam ex ea neptunoque genitus Cēchreus imperauit huic clarusque iter omnes serpentem mire magnitudinis qui incolas vexabat occidit. Eginam ex phliunte iupiter rapuit: inque insulaz aduexit: que ab ea est Egina dicta ab Ioue compressa genuit Aeacū qui in ea regnauit insula. Ab eo creati sunt Peleus & thelamon Horum Peleus disco iacto inuitus phocum fratrem interfecit. Ob hanc cedem a patre pulsus inque phithiam thessalie fugiens ab Actoro rege purificatus: inque regnum cuz is liberis careret ascitus est. Ex peleo ac thetide Achilles ortus cum Agamennone ad troiaz accessit: Thelamō ex egina abiēs adiit Salaminā vbi sūpta vxore glauca Cychrei salaminorū regis filia imperauit insule: glauce defuncta Eribiā Alchati atheniensis despōdit ex qua ortus Eātus post modū troiano interfuit bello. Nūc cū de pelope tantaloque atque Oenomao referendū a nobis sit paulo superius historia ordiēda ē. In ipsa peloponnesi ciuitate mars ex argina. Asopi filia genuit Oenomaū. Hic vnicā filiā hippodomiā appellauit. Finē vite ab oraculo sciscitante: responsū est tunc in fata illum cōcessurum cum filia hippodomia alicui nuberet. Igitur filie nuptias veritus decreuit vt in perpetua asseruaretur virginitate hoc maxime existimans pacto vite periculū se vitaturum. Multis puellam vxorem sibi dari postulantibus illis id proposuit certamen

Asopus

Corcyra a Neptuno rapta

Peleus disco focū fratrem interfecit

Phoci mors.

Achilles pelei et thetidos filius

Oenomaus hippodamie pater.

quo qui victus esset interficeretur. Victor virginem desponderet. Equorum instituit cursum a pisa ad aram Neptuni quę est apud isthmum corinthi. Cursus erat eiusmodi. Oenomaus arietem Ioui sacrificabat. Qui virginem postulabat quattuor equorum ferebatur curru. Oenomaus sacris peractis cursu sequebatur pręcedētem auriga mirthilo assecutum hasta quam gestabat manu interficiebat. Hoc pacto cum plures ęquorum velocitate peremisset Pelops. Tantali qui pisam accesserat visa hippodamia. Id concipiēs connubium corrupto mirthilo illius opera victoria vsus est: primusq̧ ad aram neptuni peruenit. Qua ex re dolore actus. Oenomaus existimans aduenisse responsi tempus sibi mortem consciuit Pelops sumpta vxore hippodamia pise regnum tenuit. Qui viribus ac prudentia insignis cuʒ plurimos in peloponnesum accolas deduxisset eā patriam peloponnesum ab se denominauit.

Modus certaminis curulis hippodamię. Pelopis victoria

Osteaq̄ pelopis meminimus necessariuʒ videtur ne qd memoria prętereat dignum: vt & tantalum patrē superioribus adiiciamus: tantalus iouis filius diuitiis & gloria insignis in ea asię parte: quam nunc paphlagoniam vocant habitauit plurimum diis ob generis claritateʒ charus: postmodum fœlicitatem suam insolenter ferens immortaliū secreta quę mensę communione vsuq̧ deorum nouerat palā ꝓtulit hominibus. Qua ex causa & viuus pœnā tulit & post obituʒ secundum fabulas tormentis apud inferos inter scelestos perpetuis punitur. Ex eo & pelops & Niobe orti sunt. hęc filios septeʒ & totidem filias peperit summo decore pręstantes: tali prole superbiens admodum gloriabatur se latonę pręferens numero filiorum: itaq̧ ira motam fabulę latonam ferunt appollini vt Niobes filios Dianę vt filias arcu interficerēt mandasse. Quibus matri obtemperantibus contigit eodem tempore: & abundare filiis nioben & carere: tantalus deorum odio contracto a paphlagonia ab ilo trois pulsus est de quo & eius maioribus paucis scribemus. Prouincię troadi primus imperauit teucrus ex fluuio Schamandro atq̧ idea nympha genitus. Vir quidem egregius: & qui populos subditos teucros ab se nominauit. Teucro nata est filia batea: quam dardanus iouis filius vxorem sumpsit: regnoq̧ succedens gentem de suo nomine dardanam dixit Vrbem prętereea sui nominis iuxta litus condidit. Huius erichthonius filius primū fœlicitate excelluit & fortunis. Quem & homerus scribit ditissimum hominum. Cui tria milia erant equi pascentes prata Eri

Tātali pœna

Batea teucri regis filia

troiano iū genealogia

ethonio natus est tros: q a se populos troadas appellauit hic tres suscepit filios: ilum: assaracum: ganymedem. Ilus campestria loca ad habitandum eligens vrbem insignem in troade condidit ab se ilium appellatam. huius filius laomedon tithonum genuit ac priamum: thitonus in asiā orientem versus vsq; in ethiopiam militans dicitur genuisse ex ida filiū noie Mēnonē: q cū troianis presidiū tulisset: postea ab achille est interfectus priamus ex hecuba vxore cum alios plures: tum hectorem genuit qui vir preclarus troiano in bello fuit. Assaracus dardanis imperās Capim genuit: ex quo Anchises natus est: ex eo & venere eneas troianorū clarissimus ganymedes omnium formosissimus a diis raptus est in picernam iouis. Deinceps ad dedalum & minothaurum ad minoisq; aduersus cocalum sicilie regem expeditionem trāseamus

cocalus sicilie rex

Dedalus

Dedalus genere athenēsis fuit vnus ex his qui erechthide dicūtur: natus ex mitiono Epulami: qui fuit ex athineo erichthei filio preclarus architectus fuit: hic multorum auxilio quos sibi adiutores comparauit quedam miranda effecit variis in locis orbis opera statuis vero fabricandis adeo superauit omnes vt a posteris traditum sit: signa ab eo facta cum aspicere atq; ambulare viderentur spirantia existimari: ita enim compositio membrorum apta erat & suis partibus perfecta vt omnes ad admirationem alliceret: priores artifices ita signorum oculos manus latera crura componebant vt in multis deficerent. Aufugit autē a patria dedalus iam clarus architectura cedis ob causam huiusmodi dānatus: talus adolescens sororis filius ab eo erudiebatur: cum ingenii acumine prestaret dedalo primum rotam qua vtuntur figuli adinuenit. Deinde reperta serpentis maxilla paruulum cum secasset lignum imitatus postea dentium serpentis spissitudinē serram ferreā fabricauit. Qua in re multū ad architectorum artē adiumenti contulit. Similiter cum reperto torno pluribus in rebus hominibus profuisset: magna laude celebratus est: hunc puerum dedalus inuidia motus existimans turpe esse magistrū ab adolescente gloria vinci dolo illum interfecit. Cum puerum sepelisset: dolore moestus cum rogaretur de eo quem sepelisset serpentem respondit. Rem mirandam ducet quis fortasse animal ex quo serre forma sumpta esset: fecisse notam pueri cedem. Accusatus ab ariopagitis ad quendam populū qui ab eius nomine dedali vocitati sunt. In cretā deīn transcēdens cum magno in honore propter artē haberetur in minois regis amicitiam venit. Tradunt fa

Talus dedali nepos

Rota.

Serra

Tornus

Dedali populi

bulę pasiphen minois vxorē cum taurū adamaret signū boui si mile a dedalo factū. Eoqꝫ modo thauro suppositā desiderio po titā eē. Ante hoc tēpus minoē quotannis ferunt speciosissimum oium thaurum neptuno solitum de more sacrificare cum ei thau rus esset cęteris pręstantior aliuꝫ sacrificauit deteriorem Qua ex re iratus minoi Neptunus eius thauri amorem pasiphę iniecit cui arte dedali supposita decātatū fabulis genuit minothauruꝫ natura duplici: vt q vsqꝫ ad humeros thauros cętera homo esset Ad hoc nutriēdum monstrum aiunt a dedalo laberinthum fa bricatum difficiles habentem egressus & in sclis pœnitus irre meabiles. In quo recluso minothauro septem athenienses pue ri totidemqꝫ virgines singulis annis ꝓut antea diximus daban tur Dedalus irā Minois ex boue a se fabricato conceptam tenēt abcessit ex creta pasiphes auxilio nauē ad effugiendum pręben tis post eū fugiens icarus filius cū insulā quādā peteret in mare decidens periit: a quo & insula dicta est & pelagus icareū voca tū. Ex hac insula abiens dedalus in siciliā appulit ad ea delatus loca vbi cocalus imperabat a quo humaniter susceptus est: ac ꝓ pter ingenium pręstans famamqꝫ eius summa beniuolentia ha bitus. Tradunt quidam cum adhuc in creta esset dedalus & a pa siphe absconditus minoem regem expetentem meritas ab eo pœnas cum non reperietur & naues omnis insulę scrutari man dasse & simul pecunias pollicituꝫ si quis dedalum inuenisset Ac ipsę desperato nauis transitu alas sūma arte fabricauit quas cera cōpactas cū suo filiiqꝫ corpori applicuisset: amboqꝫ supra mare aduolarent icarus cum altius iter tanq̄ adolescens peteret solis ęstu cera liquefacta laxatisqꝫ alarum iuncturis in mare decidit. Pater prope mare dalus alias sępius madefactis ad siciliam per uenit incolumis: quę fabula quamuis videatur miranda tamen eam voluimus recensere. Dedalus apud cocalum ac sicanos diutius commoratus est pręclarus architecturę artis pręstan tia. Aedificauit in insula quędam: quę adhuc permanent ope ra. Nam prope megaram fecit eam quę dicitur lymbethra. Ex qua ingens fluuius Alabos nomine in mare propinquū effluit iuxta eam quę nunc est acragantina in loco qui dicitur camicus vrbem supra petram effecit: vt quę expugnari nequeat munitis simam illius ascensu ita arcto difficiliqꝫ reddito: vt aditus tri bus aut quattuor viris custodiretur. In hac vrbe Cocalus regia constructa thesaurū omnem in ea tanq̄ expugnabili condidit.

Pasiphe

Laberin thus.

icarus

Cocalus

Dedali penne.

lymbetra

Alabos fluuius

Camicus

Tertio ędificauit in ora Selinũtina antrũ: ex quo ita euaporabat ab igne fumus: vt astantibus paulatim sudor ex calore elicere- tur. curarenturq́ cum voluptate adeũtiũ corpora nulla caloris molestia percepta. Est iuxta erycẽ: saxũ pceps pruptũ: vltra mo- dũ editũ: per cuius abrupta angustũ difficileq́ erat iter ad vene ris templũ in eo ducto muro aditũ reddidit latiorem. Multa p- terea a dedalo opera constructa in sicilia sunt temporũ vetustate corrupta. Aureũ insuper arietẽ veneri & erici posuit ea igenii ar te sculptum vt viuus extimaretur: interim minos classe potens cognita dedali i sicilia fuga statuit eum bello persequi: pparatis nauibus e creta profectus in acragãtiam appulit: quę nũc ab eo minoa vocatur. Expositis copiis per nũciũ cocalo tradi sibi De dalum ad pęnã poposcit Cocasus minoe ad colloquiũ acuto qđ postularet se facturum pollicitus domi receptũ cũ in balneis la- uaretur adeo in longũ tempus in thermis detinuit: vt nimio ę- stu suffocaretur. Eius deinde corpus cretensibus reddidit plata obitus causa: q i lauachro elapsus aqua calida perisset: eius cor- pus milites magnifice sepeliuerunt: i sepulchro ei duplici cõstru- cto Vno in quo posita sunt occulte minois ossa. Aliud palã ędifi cato veneri templo: quod multis seculis posteri vt templũ veneris coluerunt. Postea cũ acragantines regnante apud eos Theuono vrbeʒ conderent repertũ sepulchrum ossibus in cretã missis de- moliuere. Cretensibus qui defuncto minoe in sicilia absq́ im- perio remanserant inuicẽ diffidẽtibus quidã qui sicanis assue- uerant cõtempta patria in sicilia mansere. Horũ pars ciuitatem condidit quã ab eorũ rege dixerunt Minoem Pars per littus er- rans locũ munitum condende vrbi elegit: quam a fonte in vrbe fluente engyã appellarunt. Post captã vero troiã Merionũ creti & cum eo cretenses nauibus in siciliam delatos veluti cognatos in ciuitatem suscepere. Hi postea ab ochyra vrbe recedentes ex- pugnatis nonnullis finitimis eorũ regiones possiderunt. Aucti postmodum opibus templum matribus ędificarunt pręcipuo eas cultu deas multisq́ templum donis honorantes. Has ex cre- ta aiunt vbi maxime coluntur aduectas iouem olim clam patre saturno educasse: quo merito in cœlum sunt in astra: quę arctos dicunt translate. Hęc & aratus in suo de astris opere confirmat inquiens eas propter iouem occulte enutritum in cœlum ascen- disse Neq́ vero equũ videtur harum dearũ pręsens hominibus numen & cultum pręterire: Nam eas non solum huius vrbis

Marginal notes: De dedali traditione pactum — Engya — Ochyra — Arctos

accolę: sed etiam ex finitimis quidam sacris solemnibus & aliis honoribus celebrant Quędam vrbes etiam preciosa vasa earum cultui deputarunt. Futuram enim existimant & priuatis & huiusmodi cultu fœlicem vitam & vrbibus diuturnam. Vsq; adeo autem istarum dearum creuit religio vt accolę permultis aureis atq; argenteis vsq; ad scriptorum tempora donis exornarint. Templum quippe ipsis ędificatum est ingens ac sumptuosum: ad cuius structuram cum loci natura non suppeteret ab Astygiõe agyrineorum quę centum ab eis distat stadiis saxa aduehi magna impensa curarunt. Cum vero iter quo necesse erat lapides ferri asperu3 esset ac difficile trãsitu quattuor rotarũ curribus ad id pręparatis centum auris boum lapides delati sunt Sacrarum enim pecuniarium copię impensam tanti operis contempsere. paulo ante hęc tempora erant eis deabus sacri boues ad tria milia agri adeo permulti vt magnum vectigal pręberent. Nunc aristei acta sequentur. Hic ex Apolline ac Cyrene pisei filia genitus est de cuius genere quidam ita tradunt Cum cyrenes apud peleum virgo educaretur. Apollo eius forma captus raptam virginem in lybiam detulit ad ea loca in quibus postmodum ciuitas condita est ab eius nomine cyrenes. Ex ea filiũ suscepit Aristeum: quem infantem tradidit nymphis nutriendum a quibus triplici nomine est appellatus. Nomius. Aristeus, Agreus. Ab his nymphis cũ Lac coagulare mel atq; oleum conficere didicisset primus ea in vsum hominum traduxit. A posteris vt deus meritis honoribus sicut & Dionysius cultus est. profectum deinceps in boetiam aiunt. Autonen cadmi filiam vxorem sumpsisse. Ex qua genitus est acteon quem fabulę ferũt a suis canibus discerptum. Cuius rei causa ea traditur a nõnullis extitisse: q; dianę concubitum cum venaretur in montibus iuxta templum stris appetierit. Alii q; se illi acteon pręferulerit venãdi arte. Vtrũq; verisimile est ad iram deam incitasse. Siue.n. desuetam nuptiis virginem ad suam quesiuit cupiditatem traducere siue ausus est se illi in venationibus anteferre. Cum etia3 dii in eo exercitio illi cedant merito irata dea eum in bellua3 q̃ a canibus laceraretur cõuertit. Aristeum aiunt post acteonis obitum cu3 ad oraculum adesset patris Apollinem respondisse futurum esse vt chyum insulam adiret in qua ei honores impenderentur Cum in eam nauigasset orta per vniuersam gręciam peste sacra pro gręcis syrii astri tempore fecisse dicunt. Hisq; actis ethesiis

Cyrenę

Triplex aristei nomen

Authone.

Acteon.

Fabula acteonis

Sirius stella q̃ sc̄d3 aliquos canis dicitur

flantibus ventris morbum cessasse. Miranda profecto res huic homini priuatim contigit Nam his qui filium a canibus interẽptum conspexit & astrum cęleste: ꝙ ex nomine pernitiem inferre mortalibus putant ad salutẽ vertit: & cęteris extitit causa salutis postea nepotibus in chio relictis in lybiam ad matrem nympham rediit. Ac deinde in insulam sardorum profectus in ea constitit. Captusq̧ insulę amenitate consitis arboribus ex agresti reddidit cultiorem ibi duos genuit filios Charinum ac Chaliearpum. Ad alias quoq̧ insulas cum accessisset in sicilia aliquandiu commoratus est: in qua cum variis fructibus armentisq̧ referta esset singulorum vsum edocuit. Quo beneficio siculi & hi pręcipue apud quos nascũtur oleę pro deo summo honore coluerunt. Tandem ferunt in thraciã ad Dionysium trãsgressum & percępisse orgia diutius cum eo commoratum multa ad vitam vtilia didicisse. Cum aliquam diu in mõte qui Emos dicit habitans postmodum non comparuisset deorum immortalium honores non solum a barbaris: sed a gręcis quoq̧ assecutus est

Emos

Erix

Post aristheum daphnis atq̧ erix adiicientur. Ericem tradũt veneris ac Bauti regis cuiusdã indigne insignis gloria filiũ extitisse. Hic propter nobilitatem maternam pręclarus apud homines fuit: & imperauit insulę parti. Condidit quoq̧ super locum excelsum ex suo nomine ciuitatem pręclaram in cuius arce matri dicata templo & vasis illud & variis ornauit donis. Eam Venus vrbem tum incolentium religione: tum filii pietate alecta plurimũ dilexit a qua Venus Erycina dicta est. Mirabitur quis fortasse huius templi famam. Nam cum aliorũ templorũ gloria ad summũ perducta quandoq̧ aliqua obducta sit calamitate. Solius templi huius cultus atq̧ honor a primordio cępti nunquam deferunt semper in melius aucti & quidem pręter honores ab Erice institutos: ęneas postmodum italiam petẽns cum in siciliam appulisset plurima dona veneris veluti matris templo obtulit Sicani deinde multis post seculis hanc venerati deã eius tẽplum sacris donisq̧ permultis ornarunt. Ab atheniẽsibus postea qeam partem sicilię tenuere Venus pcipue summo studio culta est. Romani postremo vniuersę insulæ imperantes superiores omnis in huius deę cultu haud immerito excesserunt suum genus in hanc referentes propterq̧ eam prospera vsi in rebus fortuna eorum imperii causam merita gratia honoreq̧ prosecuti sunt. Consules enim melitesq̧ qui in insulam transcendunt ac

Venus Erycina

omnes qui cū imperio aliquo illuc adeunt cum ad ericē veniunt pcipuis sacris honoribusq; templum venerantur: omni quę abiecta imperii seueritate in puerorum ac mulierum remissionem hilaritatemq; conuersi solum eo pacto gratum eorum aduentum esse deę putant. Senatui eius deę cultus atq; honor cura prę cipua fuit. Statuit enim in eius honorem fidelissimas sicilię vrbes decem & septem numero aurum veneri conferre. Milites quoq; ducenti ad eius templi tutelam deputati sunt. Sed de hac satis. Nunc ad daphnidem veniendum. Sunt montes in sicilia quos erios vocant. Hos loci natura tanquam continua ęstate amenos atq; vberes reddit. Fontes sunt in eis quercus grossiorem qui apud alios nascuntur fructum reddunt domesticę etiam arbores & vites permultę copiaq; ingenti mala nascuntur. Adeo autez fructiferi montes existunt vt aliquando carthaginensium exercitum permagnum famę superueniente abunde nutrierit. In huius regionis silua admodum amena. In qua diuertebantur nymphę. Ex Mercurio & nympha daphnidem natum tradunt: qui a laurorum multitudine quę in ea frequentes sunt appellatus est daphnis. Educatus a nymphis boum permulta possedit armenta. A quorum cura bucolos dictus est. Cum esset ingenio acri studiumq; plurimum gubernandis bobus impenderet carmen buccolicum: quod etiam nunc vsq; a siculis in precio habetur adinuenit. Tradunt insuper illum in dianę gratiam venandi studio impendisse operam: eamq; fistula & cantu buccolico apprime oblectasse. Huius amore capta nympha prędixisse illi tradūt si cui alteri iungeretur se illum visu priuaturam. Postmodum quadā regis filia ab se ebrio stuprata oculis vt prędictum fuerat captus ē. Sed de daphnide iterum referetur. Nunc de orione paucis scribēdum videt. Ferunt hunc tum magnitudine: tum robore corporis heroas excedētem & venatorem fuisse & opera effecisse multa amore laudis. Nam zacloto in sicilia regnante vrbem ab eo dictam zacli quę nunc messana est ędificauit. Portum pręterea iacta mole actim nomine construxit. Quoniam messanę mentio incidit haud ab re erit quę de eius freto feruntur recensere. Tradunt prisci rerum scriptores siciliam olim fuisse italię coniunctaz sed postea ex huiusmodi causa insulam euasisse. Qua parte angustus continens ab vtroq; maris latere ęstu collidebatur. Disrupta maris fluctibus terra aqua peruiam fecisse a qua terrę

Romāorū iuenerē maxi malatria

erij montes in sicilia

daphnis

Buccolicum carmen agno inuentum

Orion

zaclotus

zacli

Regium scissura regius is locus appellatus est: ac multis postmodũ annis cõdita ibi ciuitas idem fuit nomen sortita. Quidã tradunt terrę motu scissum cõtinentem dedisse mari locum. Ac propterea diuisam a continenti siciliam insulã effectam Hesiodus poeta cõtra sentit. Ait enim operto mari promontorium quod iuxta peloruꝫ montem est aggerasse orionem inq; eo templum neptuno queꝫ incolę pręcipuo honore colerent fabricasse. Quod opus cum consummasset ad euboeam diuertit Deinceps propter famam inter astra annumeratus immortale nomen adeptus: Quam rẽ homerus quoq; in necya pluriumversuum testimonio asserit. Postea vero q̃ de hominibus ac semideis prout a principio sumus polliciti scripsimus finem huic libro statuemus.

EXPLICIT LIBER QVINTVS.

¶Incipit sextus. In quo hęc continentur omnia.

CVm omnia in quibus historia versatur complecti rerũ scriptores deceat: tum vero maxime quomodo q̃q̃ res singulatim describendę sint: cura videtur suscipienda. Non enim tãtummodo hęc notatio particularis diligẽtiaq; priuatis hominibus ad cõseruãdas augendasq; fortunas proficit: verum historicis etiam plurimum affert decoris atq; ornamenti. Quidam quorum ob eloquẽtiã ac rerum gestarum copiam merito laudatur opus in singularũ rerum descriptione aberrarunt vt eorum labor atq; industria a legentibus in recensenda historia comprobetur scribendi ordo non careat repręhensione. Timemus sane tum temporum exquisitam tum plurimarum rerum historiam se traditurum pollicitus: quod nimium opere in aliis redarguendis impenderit culpatur. Qua ex re a nonnullis obtrectator est cognominatus. Ephorus historiam contexens eloquenter singula priuatim diligenterq; rettulit libros suos in res singulas partitus.

Siciliȩ situs. Trinacria.

Huius nos morem quoad facultas tulit secuti presentem librum describendis insulis distribuimus: in quis primum se offert sicilia quę optima insularum omnium rerum antiquitate cęteras antecellit. Hęc olim trinacria ab eius forma primum appellata Sicania deinceps ab incolis dicta est. Postremo ab italis q siculi dicebantur in eam vulgo profectis siciliam dixere. Est eius ambitus stadiorum quattuor milium trecentorum sexaginta. Nam trium laterum verum a peloro lylibeum vsq; mille stadia septingenta complectitur ad lylibeo a pachynum agri syracusii stadia sunt mille & quingenta. Reliquis ambitus protenditur stadiis mille centum quadraginta.

Ceres. Fabula de cerere

Tradunt siculi ducta ex antiqua a progenitoribus fama siciliam cereri ac proserpinę sacram esse Fabulantur poetarum quidam post plutonis ac proserpinę nuptias hanc insulam ab ioue anaclyptrę nymphæ traditam. Sicanos autem qui in ea antiquitus habitarunt indigetes esse pręcipui scriptores tradunt. Has simul deas primum in sicilia visas inq; ea primo frumentum terrę bonitate ortum sicut & clarissimus testatur poeta inquiens omnia ibi sua sponte terram producere in agro leontino multisq; prȩterea siciliȩ locis etiam nunc triticum agreste oritur. Deniq; si queritur ante frumenti vsum vbi primum id repertum sit merito eius rei laus siciliȩ tribuetur. Has deas certe repertores eius constat magno in honore apud siciliam fuisse. Raptam vero ibi proserpinã argumentum

sicilia cereri & proserpine sacra
Anacalyptre nymphe

proserpine raptus

esse volunt quod he dee in hac tanquam insula admoduz eis dilecta habitarint. Raptum proserpine in patris iuxta etnam ciuitati propinquis ferunt: quam filiis variisque floribus dea dignis ornata erant. Vbique propter odorum fragrantiam sagaces canes odoratu carent naturam sensus florum odore superante Est id pratum a superiori parte planum admodum aquis redundantibus circum & precipitiis vndique abscissit. Ex quo a nonnullis sicilie appellatur vmbilicus. Sunt ei propinqua nemora: prataque & paludes vndique Speluncam insup pergrandem: que hiatum sub terram habeat ad arctam spectantem esse dicunt: per quem

Pluto. Plutonem fabulantur cum curru rapta proserpina transisse Lilia aliosque flores odorem prebentes per vniuersum volunt annum: quibus aspectus oblectet: virides permanere Mineruam insup ac Dianam virgines cum

Minerua. proserpina nutritas vna flores legere solitas fabule: ferunt: vnaque

Diana. eas Ioui patri vestem fecisse: qua mutua consuetudine vsque eam insulam oes maxime diligebant quilibet locum quem elegerat sortita. Nam minerua circa imeram regiones elegit: in quibus nymphe in eius gratiaz aque calide fontes scaturire hercule aduentante fecere.

Ortigia Que loca simul & vrbem: quam nunc vsque minerue nomen tenet incole ei sacrarunt. Diana in siracusis insulam ad diis accepit orthygiaz ab ea tum oraculorum responso: tum voce noiatam. Eodem pacto & in

Arethusa. fons hac insula nymphe in diane gratiam maximum produxere fontem qui dicitur arethusa. Hic non tantum priscis: sed nostris quoque temporibus magna copia fert pisces sacros quippe ab hominibus intactos. Sepius qui eos bellorum tempore edere ausi sunt deorum ira magna calamitates subierunt Verum de his posterius Proserpina harum instar dearum prata circa etnam elegit cui fons ingens syracusis dicatus est noie. Cyanes. At vero Pluto cum

Cyane. rapta proserpina prope siracusas per terre hiatum ad inferos curru descendit: syracusii iuxta Cyanem singulis annis dies festos celebrant in quibus sacra faciunt: priuatim paruis victimis publice tauros in palude immergunt morem herculis imitari: qui eiusmodi sacris quo tempore gerionis boues per siciliam deduxit: vsus est.

Ceres Tradunt deinceps Cererem cum filiam reperire non posset facibus in etna accensis varias orbis partes proserpinam querentem deambulasse: hominesque qui eam grate susceperant tanquam beneficii memorem frumenti edocuisse vsum. In quis primum propter suam erga deam humanitatem post siculos fuere athenienses. Qua ex re publice hanc deam pre ceteris coluere tum sacrificiis amplissimis tum eleusine mysteriis que antiquitate: castimoniaque apud

omnes homines sunt vulgata. Cum plures ab atheniensibus hũ manitatis gratia frumentũ accœpisset proximis illud incolis im partiri sunt: atq; exinde per totum fere orbem est diffusum. At si culi Cereris proserpinęq; erga eos indulgētia moti vt quibus fru menti vsus primum innotuisset: vtriq; earum sacra: cerimoniasq; diuerso anni tempore instituerunt. Proserpinę quidem messis tempore tanta castimonia: studioq; quantam tanti doni ratio postulabat. Cereri vero cum semen in terram iactatur. Apparatu ac magnificentia exquisita decem dies festos agunt priorē representantes vitam: quibus diebus turpiloquio inuicem vt cō sueuere vti deę dolor ex filię raptu conceptus risu ex verborum scurrilitate mitigaretur. Hũc vt diximus proserpinę raptum plures tum historici: tum poetę esse affirmant. Carcynus sane tragędus qui syracusas sæpius accessit conspecto incolatum in eiusmodi sacris studio proserpinam a plutone raptam atq; ad iferos deductaʒ: postmodum vero a cerere sumpto ex etna sicilię igne plauctu: luctuq; quęsitam ab eaq; frumentum monstratum: vnde & dea sit habita in suo poemate affirmat. Non videntur autē omittenda huius deę erga homines beneficia. Nam pręter ab ea repertum frumentum leges edidit: quibus iustę ac pięq; homines viuere assuescerent. Ex quo & legiferam dixerunt. Quibus inuentis haud facile quis maiora reperisse posset. Cum ĩ his sita sit non viuendi tantum: sed bene honestęq; viuendiq; institutio. Sed de his hactenus: nunc de sicanis qui primi ĩ sicilia habitarunt quoniam de eis scriptores dissentiunt est scribendũ. Philistus eos ex hiberia in siciliam venisse affirmat: qui id nomen a sicano iberię flumine traxerunt. Thimeus huius scriptoris inscitiam arguens sicanos ait sicilię indigetes esse multa suę antiquitatis argumenta ferent quæ haud operepręcium est recensere. Cęterum habitabant priscis temporibus sicani in montibus natura munitis in quibus vrbes latronum metu ędificarunt. Nulli enim regi suberant sed suus cuiq; vrbi inerat princeps. Hi primum vniuersam tenuere insulam agros colentes ex quibus vitę cibum sumebant. Postmomodum Etna ignes qui proximas regiones vrebant eruptante. Cum plures annos id incendium patriam vastaret: timore acti omissis orientibus locis partes quę ad occidendum vergunt petiuere. Multis deinde seculis siculi ab italia in siciliā profecti loca tenuerunt ab sicanis relicta. Opibus deinceps ac viribus potētes propinquis agris occupatis

ꝓserpia

Leges Cereris

Sicani

quottidie magis imperiũ augebãt. Quo ad bello ſepius cum ſica nis moto certo poſtmodum fędere agrorũ fines iuicem ſtatuerũt Poſtremo a gręcis colonię in ſiciliam deductę ſunt vrbeſq̃ mari timę conditę mutua poſtmodum conſuetudine vſq̃ cum plu res in diem gręci in ſiciliam nauigarent & linguam gręcã omiſ ſa barbara didicere & mutato nomie ſiculi ſunt appellati. Sequũ tur ęolides inſulę ſeptẽ numero. Strongyla. Eunoyma: Didyme Phinicodes: Sacra: Vulcania: Lypara In qua eſt eiuſdem nomi nis ciuitas. Sitę autẽ ſunt inter italiam ſiciliamq̃ recto curſu Di ſtant a ſicilia centum quinquaginta ferme ſtadiis. Pares inuicem magnitudine. Earum maxima circuitu complectitur ſtadia cẽtũ quinquaginta. Ignẽ hactenus euomebant omnes: quarum mea tus: oraq̃ ignis etiam nunc viſuntur. In ſtrõgyla ac ſacra hucuſ q̃ ex terrę hiatu vẽtus erumpit & fętor ingens: eructat quoq̃ are nam: lapideſq̃ igneos permultos queãdmodum & Etnę accidit Aſſerunt nonnulli meatus eſſe ſubterraneos ab etna ad has inſu las & his omnibus eandẽ ignẽ ſperandi cauſam eſſe. Has inſup inſulas tradunt olim deſertas fuiſſe. Sed lyparũ quendam Auſo ni regis filium a fratribus diſſidentem ex italia cum longis naui bus aduecta ſecum militum copia ad inſulam appuliſſe: quę ab eo lypara ſit appellata: inq̃ ea ſui nominis vrbe condita reliqua rum quoq̃ inſularum agros excoluit. Eo ſeneſcente eolus hippo ti cum ſociis quibuſdam in lyparã cum veniſſet ſumpta vxore ly pari filia his poſtmodum inſulis iperauit. Verum lyparus cum in italiã reuerti cuperet iuxta Surentum tenuit loca quibus magna cum laude pręfuit. Defunctus deinde ac magnifice ſepultus ho nores heroicos ab incolis aſſecutus eſt. Eolum vero is eſt ad quẽ fabulę vlyxem errantẽ diuertiſſe tradunt iuſtum ac pium extitiſ ſe. Legimus & erga hoſpites perhumanũ pręterea velis vti nau tas docuit. Obſeruatione ignis qui venti futuri eſſent prędixit. Vnde & illum fabulę ventorũ potentẽ dixere. Ob eximiam eius pietatem deorum amicus ẽ nominatus. Ex eolo filii ſex orti ſunt Aſthiothus: Xutus: Androcleus: Feremon locaſtes Agatyrſus: q omnes ob gloriam ac virtutes paternas magno in honore ſunt habiti. Horũ locaſtes loca italię circa regiũ poſſedit. Feremon at q̃ androcleus eam regionem ſicilię: quę a freto quod inſulam diuidit vſq̃ lylibeum eſt: tenuerunt. Huius regionis agros: qui ad orientem vergunt coluere ſiculi. Qui ad occaſum ſpectant ſi cani. Hi inuicem diſſidentes eoli filiis tum propter vulgatã parẽ

Septem ęolides.

lyparus Auſon° Eolus

Eolus nautas do cuit velis uti

eoli filii

Eolus d[illegible] deus et rex ventorum

tis pietatem: tum ob eorũ in securã ac diligentiam sponte paruerunt. Imperauit quoq; Xuthus ei parti q̃ ad leontinos vergit vsq; ad hęc tempora ab eo Xuthia dicta. Agatyrsus cũ dominaretur ei quę nunc agathyrsis ora appellatur: vrbem condidit ab se agathyrsidem vocatam: astocyus pręfuit lyparę qui omnes paternę virtutis ęmuli magna cum laude vixerunt. Cum pluribus seculis ęoli ꝓgenies in sicilia regnasset: tandẽ defecit: post hos siculi ad meliores viros principatũ deferebãt Sicani orta ob principatũ contẽtione bello inter se certarunt. Multis deinceps exactis annis cũ insula cultoribus in diẽ magis deficeret gnidii quidam rhodiiq; regũ asię iniuria oppressi in siciliam deducere coloniã decreuere. Sumpto duce penthalo gnidio qui genus suũ ad hippotũ herculis ꝓgeniẽ referebat qnquagesima tunc olympiade in qua stadii victor fuit lacedęmonius Epistelíades. Egressi circa lylibeum egesteos. Sellinuntiosq; inuicem bellantes inuenerũt. Fędere cum sellinuntiis inito pręlioq; aduersus egesteos commisso multi eorum cecidere. In quis dux penthalus occubuit. Qui ex p̄lio superfuerunt sellinuntiis deuictis statuerunt inde abire creatis ducibus gorgone Thestore ac epithersi de penthali domesticis p tyrrenũ pelagus cum ad lyparam appulissent humaniter ab incolis accepti habitarũt in isula numero fermẽ qngenti. Post modũ tyrrenis mare latrocinio infestantibus ad se tuendũ naues ędificarunt. Eorũ pars ad cõẽ utilitatem colebãt agros pars pyratis obsistebat Hi cõicatis inuicem fortunis rebusq; omnibus aliquandiu in ea vitę cõmunione permansere. Deinceps cũ lyparũ vrbẽq; eius cœpissent reliquarũ insularũ agros cõiter exercebãt. Postremo oẽs insulas in viginti annos ita vt denuo illas eo acto tempore sortirentur partirẽtur partiti sunt. Nonnullis p̄terea naualibus pugnis superatis tyrrenis spoliorũ decimas ĩ delphos obtulerunt. Superest vt causas addamus qbus postea fœlicitatis glorięq; incrementa lyparę vrbis suscepit. Primum ipsa natura tum pratis insula decora est: tum balneis quemadmodum commendantur ad valitudinem enim conferunt & summam ex vsu prębent voluptatem. Quo fit vt siculi permulti morbo implicitieo sanitatis gratia confluentes valitudinem pristinam recuperent. Profert insuper ea insula metallũ celebre quod alumen appellãt Ex quo lyparenses romaniq; magnum percipiunt vectigal. Nã cum nullo in loco orbis alumen generetur magnos affert huic in sulę quęstus. Hęc parua est magnitudine: sed fertilis ad homi-

Xuthus

gnidiorũ & rhodiorũ decretum

Lypara.

nū vitā q̄ppe q̄ omnis genere pisces abūde prębeat & fructus ar
borū suaues gustu: post lyparā occidentem versus insula est par
ostrodis ua admodum deserta & ab re quadam ostedis cognominataꝫ
Nam carthaginenses quo tempore abuersus syracusanos belluꝫ ges
sere magnis peditum copiis ingentiq; classe in siciliam profecti
sunt. His cum plures mercēnarii variis ex gentibus mixti essent:
& hi sępius pręsertim ob stipendium suo tempore non impēsum
seditiosi numero milia sexagita primum ad pretoria concurren
tes tumultum aduersus duces excitabant: minabantur: sed cum
sępius pecunię deessent armis si quod deberetur vendicaturos.
Consultus senatus imperatoribus occulte mādauit vt seditiosos
ex exercitu amouerāt: itaq; mercēnarios oēs sumpta alterius bel
li occasione in naues impositos in hanc insulam exposuerunt.
Vbi relicti famę absumpti sunt: tot hominum defunctorum ossa
paruę insulę nomen dedere. Recensitis eoli insulis deinceps ad
reliq alteras insulas transeamus: in ea sicilię parte quę ad meri-
diē vergit tres isulę sunt. Quarū singulę portus tutos habēt naui
gantibus. Prima quā meliten dicūt a syracusis remota stadiis o-
ctoginta portus habet plures admodum vtiles. Eius incolę fortu
nati existimātes: quoniā & varii generis exercēt artes & optimas
faciunt linteas telas tuꝫ tenuitate: tū mollitię spectatas. Domos i
super ędificāt pro loci qualitate pulchras & exornatas gypso. Est
autem hęc insula velut palmarū colonia quadā cū ibi plurimæ
fiant. Mercatores vsq; ad occidens pelagus nauigantes ad hanc
confugiunt vt quę plures habet tutos portus. Qua ex causa eius
gaudas, accolę ꝑpter eius beneficia mercatoribus impensa & opibus &
cyrcena, gloria rem auxerūt. Est & alia insula noie gaudas: q̄ pluresḣabet
oportunos portus & abundat palmis. Deinceps est & Cercyna: q̄
ad lybiā spectat. In qua haud ignobilis est ciuitas & portus non
solum mercatoribus vtilis: sed longis nauibus accōmodatus. Se
Ethalia. quuntur post lyparā insulę ad tyrrenum pelagus sitę. In quibus
vna est noie ethalia populonię opposita vrbi distans a continēti
stadiis ferme centum: q̄ id nomē ab ethalio: qui ei ꝑfuit duce sor
tita est. In ea effoditur petra. Ex qua ferrū excuditur incidūt eniꝫ
id metalli genus quo abūdat insula inde ex saxis in fornacibus
decoctis ferrum liquefactū in frustra partiuntur magnis spōgiis
similia quę postmodū mercatores ad emporia deferunt. Ex ferro
artifices varia cudunt instrumenta rei rusticę diuersisq; artibus
accōmodata. Pręter hanc est insula longe ab eis stadiis trecentis

quę gręcis Cyrnos appellatur a romanis vero atq; incolis corsica. Hęc aditu facilis portum habet pulcherrimum noie syracusium. Celebres in ea ciuitates habeantur duę s. Calaris & Nicea. Calaris a phocensibus q a tyrrenis postmodum insula pulsi sũt nicea a tirrenis maritimis q reliquas & tyrreni maris insulas suę ditiõis fecerũt cõditę Hi postea vrbibus q̃ i cyrno erãt subactis Resinę cerę q; ac mellis: quorũ ea fertilis est isula tributa iposuerũt Serui q in ea sunt plurimũ ab aliorum seruorũ: quod eis natura accidit: vsu vitę differunt. Insula ampla est: magnaq; ex parte montuosa ac silluestris fertur fluminibus insuper irrigua Homines lacte melle & cornibus: omnia affatim prebet patria iuste & humaniter vltra cęteros barbaros inuicem viuunt Fauum quod in montanis arboribus reperitur illius esse sinunt. quid id prius adinuenit Oues signaculis distinctę etiam nullo custode patronis seruantur in priuata vita actionibusq; miro quodãmodo iusticiam obseruant. Mirandum vero est quod apud eos fit in filiorum ortu. Nam cũ mulier parit nulla est puerperi cura Sed vir eius veluti & ipse implicitus puerperii morbo statutos dies domi vxoris curã suscipit. Nascitur in ea insula taxus copia in aq̃ arbore mel quod fit amarũ admoduz existit Barbari insulam habitantes varia vtuntur loquela & ad intelligendum difficile Numero excedunt hominũ triginta milia Huic proxima Sardinia insula siciliæ par magnitudine a barbaris iolaos vocant tenetur Hos ab iolao ac thespiadibus : quorum plures in eã insulã transcenderunt genus ducere putãt Nã quo tẽpore hercules decãtatos subiit arbores liberos ab eo ex Tespii filiabus susceptos cum grecorũ barbarorumq; copia secũdũ certũ oraculũ in sardiniam ad cõdendã coloniã misit. Qđ sentiens iolaus herculis nepos in isulã venit: inq; ea cõditis haud cõtẽnẽdis vrbibus patria oi positus populos ab se dixit iolaos. Gymnasia & deorũ tẽpla cęteraq; ad hoium fœlicitatez spectantia quorũ adhuc monumenta extãt ab eo sunt istituta. Cũ ab oraculo traditũ eẽt hãc coloniam liberã semper futurã verũ vsq; ad hęc tpa id oraculũ fuit. Nam cũ carthaginẽses magnis copiis insulã cœpissent Nunq̃ iolaos subegere. Ad mõtana. n. atq; aspa cõfugientes loca effossis sub terram habitaculis lacte: caseo: carnibus ex pecoribus: q̃ pluria illis erant vescebantur. Agriq; colendi declinatio labore in montibus vitã quietã ducebant. Carthaginenses cum sępius eos bello tentassent difficultates locorũ absterriti liberos reliquerunt.

Cyrnos
Corsica
Calaris
Nicea
Mirũ de patientibus
thespii
Iolai populi

Postremo romanis armis sępius lacessiti hac locorum asperita-te inuicti permansere iolaus iis quę ad statum colonię pertine-bant compositis ingręciam rediit. Thespiades cũ multis secu-lis insulę ꝑfuissent tandem in italiam nauigantes loca circa cu-mã tenuere. Reliqua multitudo: deposita barbarie ꝑficientes si bi ex accolis optimos duces hucusq͂ libertatem seruãt preter has insulas est alia pytiussa a penis quę frequentes in ea nascuntur nomen sortita. Distat ab herculeis colũnis dierũ triũ nauigatio ne a lybia vero diei noctisq͂ vnius diei vnius ab hiberia Magni tudine similis corcyrę: rerum copia mediocris Vites ferrea re-gio licet raras. Ceterę arbores in conuallibus fiunt. Inter ea q̃ ibi oriũtur lanam ꝑferunt. Distincta campis ac collibus insu-la vrbem habet enesum cartaginensium coloniã mœniũ ambi-tu ac frequentibus domibus portu insuper perutili satis celebrez palmis ꝑterea fertilis est variis a barbaris ꝑsertim phœnicibus habitata. Hęc colonia centum sexaginta annis post conditã car thaginem est deducta. Alię quoq͂ existunt insulę hyberię oppo site a gręcis gymnasię ab incolarũ nuditate: qui ęstatis tempore absq͂ vestibus incedunt. Ab accolis vero ac romanis baleares a fundę iactu qui rectius q̃ reliqui lapides iaciunt appellati. Harũ media maior est reliquis insulis demptis septẽ Sicilia: Sardinia: Creta: Euboea: Cypro: Cyrno: Lesbo. Abest ab hyberia diei vni us nauigatione. Minor ad oriẽtem spectat nutriens plurima om nis generis armenta: sed mulos pręcipuę qui & magni sunt & sonora voce. Vtraq͂ insula fertilis ac fructifera est referta habi-tatoribus vt qui triginta hominum milia excedant. Ad vini potum quod rarum apud eos est sunt promptiores: oleo omni-no carent: ideo exentisco & procidipe mixtis vngunt corpora mulieres adeo prę cęteris appetunt vt mulierem a prędonibus captam tribus aut quattuor redimant viris. Habitant in saxis concauis: iuxtaq͂ pręcipites petras: effossis cuniculis ad corpo-rum tegumenta vtuntur & vitę securitatem Aureo nũmo: aut ar gento non vtuntur Quę afferri ad insulam prohibent causam afferentes Gerionem Crisauri filium auro atq͂ argento opulen tissimum quodã ab hercule bello expugnatũ existimãt enim eo pacto cum auro atq͂ argento careant sese facile oẽs vite insidias euasuros. Hanc ob rem cum olim cum carthaginensibus mili-tassent: ex stipendio impenso mulieres ac vinum emptum secum tulere. Mirandum vero quod in nuptiis de more seruant in

Pytiussa

Gymnasię. Baleares

Auri opulẽtia gerio ĩterfect⁹ est.

epulis enim quę cum domesticis amicisq; in nuptiis fiunt. Primus secundusq; & deinceps secundum ętatem reliqui nuptam magno numero cognoscunt. Vltimus sponso locus ad vxorem datur: priuatim quid etiam & a cęterorum moribus alienum in defunctorum sepulchris obseruant. Lignis enim membra corporis incisa in vas coniiciunt supraq; saxa accumulant. Arma eis sunt fundę tres: vna caput cingunt. Altera ventrem. Tertia in manibus gestatur: in prędio lapides multo maiores q̃ reliqui ita iactāt robuste vt ab aliquo tormento lapis missus videatur in vrbium expugnatione lapidum iactu eos quidem supra ex propugnaculis tuentur mœnia vulnerant in pugna vero scuta galeas omneq; armorum genus confrigunt ita autem recte lapides propellunt: vt raro effugiat ictum appetitus locus quod eis continuus a pueritia vsus prębet a matribus ad id certamen coactis: imponunt enim supra erectum lignũ panem signũ quod ictu petant: neq; ante cibũ capiũt: q̃ panem lapide eiectum ꝓ cibo sumunt permissu matris. Postea q̃ insulas quę ad columnas herculis spectant rettulimus ad oceani insulas transeamus Est lybiam versus ad oceanum sita plurimũ dierũ nauigatione insula permagna agro fertili tum campis amœnis tum montibus distincta. Fluminibus rigatur quę sint nauium capacia plurima: sunt in ea pomaria variis arboribus consita ortiq; amœni: quos aquę dulces interfluunt Diuersoria in illis ędificant sumptuosa hortus quaq; tenuiorum vmbracula decorant in florum morem sita in quę ęstus tempore diuertunt. Amœna fertilisq; regio copia fructuum exuberat. Montes frequentibus siluis arboribusq; fructiferis: aq̃s insuper irriguis ornantur. Abundat quoq; insula fontibus aquę dulcis: quę non tantum vsui voluptatiq; incolentũ satisfacit. sed etiam confert ad robur corporum ac valitudinē. Sunt insuper loca diuersorum animalium venationibus apta ex quibus epulas conficiunt suaues ac sumptuosas: pisces etiam mare affatim ꝑbet Est & aer ibi saluberrimus: qui maiori ex parte anni fructus ferat aliaq; speciem ac decorem prestantia: vt hęc insula non hominum: sed deorum diuersorum ob eius fœlicitatem existimetur priscis temporibus quoniam a reliquo orbe diuulsa videtur incognita hoc post modum modo reperta est phœnices quondam ad diuersa emporia nauigantes sæpius plures in lybia nonnullas in europa: quę ad occidentem spectat colonias condidere. Multis deinde opibus coactis extra

Sponse coitus

Funde. tres armo[illegible]

colūnas herculis oceanum ingressi in cheronneso europę litoris colūnis propinquo condidere vrbem: quam Gadiram dixerunt (Gadira) in ea inter cętera ędificia templum herculi quod ad nostraȝ vsq̧ ętatem summa in veneratione honoreq̧ est habituȝ. Statutis de more phoniciorum sacris sumptuoso opere construxerunt plures romanorum duces clarissimi magnis rebus gestis vota huic deo suscepta persoluerunt. Verum phœnices per oceanum mare iuxta lybiam nauigantes plures dies tempestatibus acti: cum ab hanc insulā delati essent animaduersa eius natura fœlicicate q̧ notam cęteris fecere. Qua ex causa cum tyrreni qui classe potentes erant in eam insulam coloniam mittere decreuissent a carthaginensibus sunt prohibiti veritis ne loci bonitate allecti ciues eorum ad eam conferrēt: & sic si qua forsan aduersa vrbi fortuna incidisset, volebant ignotum ad quem facile confugerent locum esse. Sed ad europam redeamus in oceano gallię montibus herciniis totius europę maximis opposite sunt insule plures. (Britannia) Quarum maxima est britannia priscis temporibus nullius aduenę imperium experta. Neq̧ .n. Dionysium: neq̧ herculeȝ neq̧ heroa aut ducem quempiam accepimus eos bello tentasse. Nūc. C. Cęsar qui ꝓpter gestas res deus ē appellatus prius oīm britannis subactis certū eos dare tributum coegit. Sed de his suo tempore dicetur latius. Est hęc insula triangulari forma sicilię similis latera habens inęqualia. Cum protendatur per obliquum Europā versus vbi minimum a continenti abest promontorium (Cation) est qui appellatur. Catiō procul a terra: quo tempore mare fluit (Beleriū) stadiis ferme centum. Alterum promōtorium Beleriū noīe abesse aiunt a continenti nauigatione dierum quattuor. Reliqua pars (Orcha) quā orcham appellant ad mare spectat. Minimum latus europę adiacens protendi asserunt stadiis septem milibus. Lateris secūdi longitudo a Catiōe vsq̧ ab promontoirum stadia cōplectitur quindecim milia Tertium latus stadiorum milia viginti. Ita vniuersę insulę ambitus stadiorum est milium duorū & quadragita Britanniam incolere tradunt aborigenes qui priscorū more vitam degant. Vtuntur enim impugna curribus veluti antiquos grecorum heroes vsos in bello troiano ferunt. Domos ex calamis aut lignis vt plurimum habēt cōpactas. Frumenta cū aristis sub tectis reponunt. Inde qđ satis in diem sit vsui terentes. Moribus simplices integriq̧ existunt Longe a nostrorum hominum astutia versutioq̧ remoti. Cibo simplici viliq̧ vitam dicunt;

Domos ex calamis compactas

atq̧ a diuitũ delitiis alienoꝝ. Multitudine hominũ insula plena ẽ. Aer vt qui ad septeintrionem spectet frigidus. Reges principesq̧ ibi sunt plures pacẽ inuicẽ seruãtes. Sed de his diligẽtius cũ ad cęsaris gesta qbus britannos subegit veniemus: nunc de stãno qđ in ea effoditur narrabimus Britanni q iuxta belerium promontoriũ incolũt mercatorũ vsu: qui eo stanni gratia nauigãt humaniores reliqs erga hospites habentur. Hi ex terra saxosa cuius venas securi effodiunt stannũ igne eductũ i quãdã insulã ferũt britanniã iuxta quã idã vocãt. Maris fluxu videntur insulę: cũ vero refluit exciccato interiecto littore curribus eo stannũ deferunt priuatim qđ videtur eis insulis contingere: quę britanniã Europãq̧ interiacent: nã pleno mari insulę refluente vero cu interiectus locus deficit aquis cõtinẽs videt. Ex his insulis mercatores emptum stannũ i galatiã portant. Inde diebus fere triginta cum equis in fontem Eridani fluminis perducunt & de stanno hactenus nunc de electro dicendũ. Scithię q̃ supra galatiã est opposita insula in oceano iacent nomine basilea. In quam tempestas electrũ plurimũ eiicit nulla alia in parte orbis repertum. De eo qdã veteres fabulas scripsere haud dignas fide: & quę a posteris rep̄hense sint. Nonnulli. n. tum poetę: tum historici tradunt phętontem solis filium: cũ puer esset. petisse a patre: vt vnicum diem solis currũ regeret. Illo assentiente sumpto curru cuʒ ęquorũ fręna regere nequiuisset ab ęquis contempto puero extra solitum cursum esse currum delatum. Et primo cœlũ equorũ errore incẽsum circulumq̧ qui galatia dicitur exinde factum deinde magnam combustam orbis partẽ. Quare cõmotum iouem fulmine phętontem tradunt peremisse: solemq̧ in pristinũ redegisse cursum phętontem in fontibus eius qui nũc est padus olim Eridanum dicebant decidisse. Eius mortẽ nyphas fleuisse sorores dolorisq̧ magnitudine mutata natura in populos fuisse versas. Has annis singulis eodem tempore lachrymas educere: quibus electrum fiat reliquum splendore superans. Sed cum hi harum fabularum conditores procul a vero aberrasse a posteris depręhensi sint nos veram historiam sequamur: nascitur in ea quam rettulimus insula. Cum vero ab incolis ad proximum deferatur continentem inde ad nostra vsq̧ asportatur loca. Haud sane ab re erit gentes europę conterminas quas in superioribus libris omisimus paucis referre. Celticis olim imperauit aiunt vir egregius. Ex quo filia corporis magnitudine vltra naturę modũ decoremq̧ cęteras

Ida

eridanꝰ

Phęton

Galatia

Padus

Electrũ

excellens orta est. Hęc tum viribus: tum specie elata oēs: qui eam vxorem expetebāt contēpsit: existimans neminē suo matrimonio dignū Interim cum hercules bello aduersus Gerionem moto venisset in celticam: inq; ea ciuitatē Alesiā condidisset. Admirata. tum virtutem Herculis: tū corporis pręstantiam permissu parentū concubitū appetiuit: iuncta illi filium genuit nomine galatem: qui coęuos suos: tum virtute animi: tuʒ viribus corporis excessit. Vir factus cum paternū regnum suscepisset. Plures oras sibi subdidit propinquas p̄claris rebus bello gestis. Cum eius gloria efferretur subditos omnes a suo nomine appellauit galathas: ex quo oīs ea regio galatia dicta est. Hęc a pluribus nationibus incolitur quę inuicem gentium numero differunt. Nam quę maior habetur inter eas ducenta virorū milia efficit. Quę minor qnquaginta. Harum gens vna ergo romanos & quę ad hanc vsq; ętatem manauit affinitatē amicitiāq; cōseruat. Natio vt plurimuʒ ad arctū sita regio frigida vtq; hyemis tempore pro aqua niuib⁹ oppleta existat. Glacies quoq; immensa adeo patriam occupat: vt flumina congelata sint peruia transeuntibus non solum paucis: sed exercitibus quoq; cum curribus atq; impedimentis. Complures q; magniq; fluuii per galatiā vario cursu fluant ii & p̄fundis stagnis hi ex montibus partim in oceanū. Alii in nostrū mare decurrunt. Eorū qui in nostrū mare labuntur maximus censetur eridanus qui in alpibus fontes habēs quinq; hostiis descendit i mare. Qui vero in oceanū defluunt: maximi habētur. Danubius ac rhenus: quē diebus nostris. C. Cęsar pontibus miromodo iunxit pedestribusq; traductis copiis galatas vltra rhenum habitantes in potestatem redegit. Plures alii nauium capaces fluuii existunt in celtica: quos breuitatis causa omisimus. Sed hi omnes fere hyeme congelati securū transitum iniectis de superne labātur paleis euntibus p̄bent. Id vero quod dictu mirabile in maiori galatię parte accidit: non videť silētio prętermittendum. Nam ęstate ab occidente septētrioneq; perflant tanta vi impetuq; venti: vt lapides q̄tos manus possit cōtinere a terra rapiat: ac veluti harenę lapillorū aceruos haud paruos cumulet. Est vt aliquādo ab hominibus arma ac vestes quandoq; ascensorem vi ab equo auferat. Deniq; tanta est aeris frigiditas: vt neq; vinum ea regio neq; oleum producat. Quare coacti homines potum sibi ex ordeo comparant quem appellant zitum Aqua etiam qua lauāt fauum mellis vtuntur. Vino pręter modum adeo delectantur: vt

hercules · Alesia · Galatus hercules filius · Galates · Galatia · Eridan⁹ · danubi⁹ · Rhenus · zitum

a mercatoribus importatū puruʒ bibāt: minimoqꝫ potu ebrii aut in somnum inducant aut in insaniā. Quo fit vt mercatores itali= ci plures quęstu ducti vinum: tum nauibus: tum per terram cur= ribus deferentes pincernam puerum mercantur pro vini ampho= ra. Vniuersa galatia argento caret. Aurum eis absqꝫ opificio aut labore aliquo prębetur natura. Nā cū fluminum decursus diffici les flexus habeat superans ripas a montibus fluens aqua arenaʒ auream passim per campos eiicit. Glebis postmoduʒ in quibus au reum splendet attritis aquaqꝫ lotis dempta terra reliquum in for nacem coniectum fundūt. Hoc modo liquefacto puroqꝫ educto auro ad ornatum corporis mulieres viriqꝫ vtuntur. Etenim & ma nuum articulos & brachia armillis aureis exornant. Circa colluʒ insuper grandes torques gestant ex solido auro: & in digitis an nulos. Thoraces etiam oro exornant. Priuati aliquid etiā ac mira bile superiores certe in deorum templis obseruant vt in sacris tē= plisqꝫ plurimum auri diis oblatum spargant. Neqꝫ illud incolarū quisq̄ q̄uis gens auro sit auida propter religionem audet contin gere. Sunt galatę molles atqꝫ albi corpore oblongo. Comas quā uis habeant natura ruffas: studio tamen augent naturę colorem Calamistro capillos inflectunt fronte illos ad ceruicem reiicien= tes: vt satyris aspectu puerisqꝫ appareant persimiles: capillos ar te efficiunt crociores: vt nihil differant ab equorum iubis. Bar= bam quidam tradunt nonnulli nutriunt parce nobiles genas q= dem radunt. Barbam vero adeo sinunt crescere: vt operiant corpora. Quo accidit vt cum edant repleantur cibo. Cum vero bibunt veluti per canale potus videatur inferri. Cœnant seden= do omnes non in sedibus: sed in solo super luporum aut canum stratis pellibus: ministrant eis pueri iuniores ętate tenera: iuxta eos ignes fiunt in quis ollę sunt & verua plena carnibus Viros bonos melioribus carnibus honorant quemadmodum poeta aia ci scribit impensum ab aptimatibus honorem: quando singula= lari hectorem certamine vicit. Hospites ad epulas qui sint: qua causa venerint post cœnam rogantes. Consueuerunt quoqꝫ sum pto cibo ad verborum prout causis intulit concertationem sur= gentes ex prouocatione certare inuicem nulla habita vitę cura i creuit enim apud eos pithagorę sententia: qua dixit animas ho minum esse immortales rursusqꝫ eas defunctis corporibus post certum tempus in alia corpora reuersuras: ob hanc causam in de functorū pyrā epistolas scriptas quidam coniiciunt tāq̄ eos mor

Galatia

Galatę.

tui sint lecturi: in itinere ac pugna bigis vtuntur quas thedarius & assessor ducunt. In bellis obuium hostem iaculo ex curru primum appetunt: tū relicto curru pedites ensibus certant. Quidam adeo mortem cōtennunt: vt pugnēt nudi. Custodes corporis ex liberis hominibus pauperes eligunt: qui & pro aurigis ī pugna seruiant: & ferāt scutum: instructā aciē pręire consueuerūt & ad singulare certamen fortissimos hostium prouocare arma vt hostem terreant quatientes. Cum quis strenue in acie pugnauit: tū maiorum: tum suas laudes ac virtutes decantant. Res hostium deprimunt tāq̄ vituperatione dignas. Denicp omnis in bello audaces extollunt verbis. Capita hostium in acie cadentium abscisa equorum alligant collo. Hostium spolia sanguine perfusa famulis tradunt in foribus domorum cum cantu atcp hymnis affigenda quemadmodum feras solent venatu captas. Hostiū nobiliorum capita aromatibus vncta in tecis condunt summa diligentia ostendentes ea hospitibus nullocp pręcio ea vel parentibus vel aliis reddunt. Tradunt eorum rideri nonnullos q̄ p̄ capite tantūdem pensi auri barbaram magnificentiam ostentantes nequaq̄ velint accipere. Non. n. bellicę virtutis insignia nō vendere nobile est: sed cum mortuis pugnare ferum habetur atcp agrestę. Vestes ad terrorē intonsas ac coloris varii ferunt quas illi vocant bracas. Sagula gerunt virgata: hyeme quidem crassiora Aestate subtilia. Fictilia in vsu habent densa ac floribus distincta Arma ferunt scutum ad staturam hominis longum procp libito cuiuscp ornatum. Quidam in scutis animaliū formas ęreas paulum eminentes gestant & ad ornatum & ad corporis tutelam fabricatas. Aerea galea caput muniunt paulum eminentiore: in q̄ aut cornua impressa sunt aut auium vel quadrupedum effigies sculpta. Tubas habent suo more barbaras: vt quę asperum sonū & turbulentum reddant. Thorace ferreo vtuntur: quidam alii armis a natura datis nudi pugnant pro ensibus ferreas spatas gerunt oblongas ęrea cathena a dextero latere pendentes. Nonnulli tunicas aureis aut argenteis zonis cinguntur: iaculis insuper bellantur: quę illi lanceas vocant ferro cubiti aut amplius lōgitudinis paulominus duobus palmis lato: enses haud minores sunt quā apud cęteros venabula: ac venabula mucrone sunt quasi ensibus maiore: has tum redactas habēt tum incuruas nō solum ad corpora cędendum: sed ad perforandum aptas.

Bracę

Lanceę

Aspectu sunt terribiles voce graui atcp aspera. Sermone vtun-

tur breui ac sub obscuro multaq; ex animo dubia loquũtur: plu rima ad iactantiaz in eorũ laudẽ dicũt & ad ceterorum contẽptũ Minaces sunt ac detractores: opinioneq; inflati acuti ingenio & a doctrina minime alieni. Sunt apud eos melodiarum poetæ quos appellant bardos. Hi cum organis veluti cũ lyra cantant hos laudentes alios vituperantes. Philosophi quoq; ac theolo gi quos vocant sarronnidas ꝑcipue ab illis coluntur Vruntur in super diuinatoribus qui apud eos cũ auguriis & sacrificiis futu ra ꝓdicent. Plurimi existimantur omni eis obtemperante plebe Cum voro de rebus magis consulunt mirabilem incredibilemq; seruant consuetudinem iugulãt enim ense hominẽ Quo decidẽ te tum ex casu tum ex mẽbrorũ laceratione: tum etiam ex sãgui nis fluxu ex quadã antiq̃ rerum obseruatione norunt futura. Est apud eos moris nullum absq; philosopho sacrificium facere Existimãt enim per diuine nature conscios sacra fieri oporte re tanq̃ dies propinquiores. Horum intercessione bona ab diis censent petẽda Quorum consilia & pace & bello fruuntur poete vero tanti apud eos sunt: vt cũ extructa acie exercitus eductis en sibus iactisq; iaculis propinquant non solum amicis: sed hostes quoq; eorum interuentu a pugna cõcrescant: ita apud agrestio res barbaros ira cedit sapientie. Et mars reueretur musas Nunc quod a multis ignoratur scribetur Vltra masiliam qui mediter raneas regiones quiq; iuxta alpes & montes pyreneos icolunt celte appellantur Vltra hos qui ad notum oceanum versus perti nentes oras & Ericinum montem quiq; deincepes ad scithiam vsq; habitant dicuntur galate. Quas omnis gentes cõmuni no mine romani galatas appellãt Eorum fœmine non tantũ corpo ris magnitudine sunt viris similes: sed etiam robore Pueri vt plu rimum cani sunt etate prouecti colorem paternum assumunt. Eorũ qui subtus arctuz habitant: quiq; scythie sunt propinqui vtpote ceteris agrestiores nonnullos aiũt humanis carnibus ve sci queãdmũ & hi qui eam britannie partẽ q̃ iris dicit habitant horũ fortitudine feritateq; diuulgata tradũt eos qui priscis tem poribus oẽm ferme asiã discurrentes cimmerii dicebant ꝓpos eẽ q̃ paulopost corrupto noie Cimbri sint appellati iã prisco mo re dant latrociniis operã rapiẽtes aliena ceteris omnibus contẽ ptis Hi sunt qui roma capta cum delphici appolinis templũ spo liassent. magnam europe partem: non paruaz asie tributariam

Bardi. Sarronides. Poete. Celte. Galate. Iris regio. Cimmerii. Cimbri.

fecere agris eorum quos subegerant possessis. Qui in greciam trãsserunt gallo grecis sunt nominati: postremo plures magnosq romanorum exercitus attriuerunt: pari sue feritati impietate in deorum sacrificiis abutuntur. Noxios enim quinqu ennio seruatos sudibus affixos diis sacrificant cumq aliis primitiis supra ingentes piras immolant. Captiuos quoq sacrificant diis Quidam de hostia capta animantia vna cum hominibus interfecta aut in sacris comburunt: aut aliis afficiunt poenis. Cuz mulieres habeant speciosas ad mares tamen preter modum sunt cupidiores in ferarũ pellibus humi dormientes ex vtroq latere excubitores habent: illa admiranda eorũ impudentia: q speciem corporis facile aliis offerunt in ppatulo Neq hoc turpe ducunt Quin potius ignauũ putant abnuere gratiam oblatam: sed de his actenus: Non celtiberos recenseamus Hiberi quondam celteq pro agris bello certantes pace demum constituta cõmunicataq inuicem patria mutua connubia permisissent: dicuntur hac rerum cõmunione id nomen sortiti. Due igitur robuste nanatiões i patria fertili cõiunctę effecere vt magnũ esset celtiberorum nomen A romanis postmodum certe multopost tempore bello cum eis gesto vix tandem subacti sunt. Nõ enim equites: se & pedites aptos bello robore maiorumq tolerantia ceteris excellentiores hãbet. Breui vtuntur veste ac nigra lanam habente similem caprarum pilis. Armantur celtiberorum quidam scutis leuibus. Alii rotũdis vmbonibus magnitudine clypei Cruribus ocreas ex pilis factas aduoluunt. Galeas ferũt ereas cristatas palmis. Gladios insuper ex ferro puro ad palmi mensuram qbus in conferta vtuntur purga. Ferrum suo more ad conficienda arma preparant. Nam ferreas laminas in terram absconden tes ibi tam diu esse sinunt. quoad debiliori parte ferrugine absũpta validior supersit. Ex eo tum enses fortissimos tum cetera ad belli vsum arma necessaria componunt. Hoc pacto fabricatu adeo cedunt omnia: vt neq scutum: neq galea neq aliud quid eis obsistat. Duobus gladiis fulti: cum equestri certamine superiores euaserint ex equis dessiliunt pedestrem adiuuant pugnam mirabilis apud eos viget consuetudo. Nam cum in victis munditia elegantes existant vna in re videntur immundi: & spurcitie pleni Vniuersum enim corpus lauant vrina: denteſq fricant: hanc optimam corporis curam existimantes. Erga nepharios homines atq hostes crudeles

Gallo greci.

celtiberi

Enses optimi

ſunt cum aduenis humani atq; hoſpitales.Aduenientes enim ex
ternos benigne hoſpitio recipiunt:adeo vt ęmulatione quadam
inuicem pro illoru3 honore certant.Quos aduenę ſequũtur. hos
laudant:amicoſq; deorum putant. Nutriuntur affluenter variis
carnibus potum ex melle conficiunt eius copiam prebente affa- Vaccei
tim patria.Vinum emptum bibunt:mercatorum opera aduectum
Ex propinquis gentibus gratior eſt eis vaceorum natio.Hi enim
annis ſingulis ſortitos inter ſe agros colunt: fructuſq; cum cęte-
ris:communicant:cuiq; ſua portione prebita. Quod ſi quis quid
agricolę abſtulerit:eveſtigio mulctatur morte.Celtiberorum for-
tiſſimi habentur qui appellantur Luſitani. Peltas in bello paruas celtiberi
ex neruis confectas quibus tegatur corpus habent. His in bello luſitani
ea agilitate vtuntur: vt & ictus & ſagittas euitent:iaculis ferreis
hamatiſq; vtuntur Galeam enſeq; more celtiberorum iaculum
longe ferunt iaciunt & ſumma arte: in acie diutius perſeuerant
mobili corpore leuiq; vt facile & fugiant hoſtem:& inſequãtur:
in perferendis periculis ſuperantur a celtiberis.In pace choreas
leui ſaltu exercent cum quadam crurũ agilitate:bella ad nume-
rum aggrediuntur pęna cum hoſti obuiant cantãdo hyberi luſi-
ſitaniq; ętate integra prę ſertim inopia oppreſſi qui robore prę-
ſtant atq; audacia in montibus aſperis manufacta diuerſis p hi
beriam locis latronum more leui armatura agiliq; corpore velo-
ces diſcurrunt. Populatiſq; agris ad montes veluti tutam pa-
triam cum locorum aſperitate nullus eo exercitus adire poſſit:
confugiunt.Aduerſus hos profecti cum exercitu ſępius romani
eorum audaciam repreſſerunt.Latrocinia nequaq̃ tollere potue-
re.Sequitur vt de argẽto quod plurimum apud hiberos optimu3
q; effoditur:quodq; multum vtilitatis incolis affert ſcribamus.
Dictum eſt a nobis libro ſuperiori in herculis geſtis hyberię mon
tes pyrenei vocantur & altitudine magnitudine longe alios ex-
cellere Nã a mari qđ ad meridiẽ iacet.,vſq; ad oceanũ ferme ad
arctũ ſitũ galatiã ab hyberia diuidũt:per celtiberiã quoq; ptẽn-
duntur ſtadiis tribus mĩlibus in quibus cum ſint frequẽtes ſiluę
feruntur priſcis temporibus igne a paſtoribus iniecto montanas
omnes regiones fuiſſe combuſtas. Qua ex re montes aiunt co-
gnominatos pyreneos.Ardente continuis diebus plures ex mon
tibus argenti puri riuuli flammarum vi effluxere. Quod incolis
ignotũ phoenices mercatores vili rerum permutatione emptum

in greciam asiamq; ac nationes ceteras deferentes magnas ex eo cōmertio opes cōtraxerūt. Adeo autē mercatores questus excitauit cupiditas: vt cum onustis nauibus superaret argentū amoto ab ancoris plūbo argentū eius loco subderent. Hoc lucro phœnices admodum opulenti facti plures colonias tum in sicilia propinquasq; insulas tum in lybiam sardiniamq; ac hiberiam destinarunt. Multis post seculis cognito argento hiberi metallis querē dis operam dedere: magnaq; optimi argenti copia reperta ingēs ex ea vectigal prodiit. Cum es aurum argentumq; sint metalla precipua qui in reperiendo ere dant operam quartam eius quod effodiunt portionem capiunt. Eorum qui in argento effodiendo occupantur quidam tribus diebus euboicum percipiunt talentum. Terra enim omnis argento referta est vt mirabilis sit & eius patrie natura & operariorum continuus labor. Nam qui primum his metallis reperiendi incumbebant: magnas cōtrahebāt diuitias: in promptu enim est argentum terra habunde illud prestante: postea cum romani hyberiam subegissent: italici qui cupiditate id sibi opus sumpsere maxime ex eo ditati sunt. Emptam enim seruorum copiam ad effodienda metalla deputant. Qui variis locis metallorum venas scrutati ac alte lateq; terra effossa plurimum auri argentiq; eruunt variis multorum stadiorum cuniculis sub terram actis: multo facilior questuosiorq; hec cura: q̄ metallorum: que apud atticos reperiuntur: ibi enim multas effodiendo impensas subeunt sepius opinione frustrati: cum aut nō inueniant quod querunt: aut inuentum ita parui sit: vt superet a sumptu. Apud hispaniam qui metallis incumbunt reperiendis ampliora spe percipiunt. Bonitate quippe soli glebas semper auro argentoq; fertiles inueniunt. Vtpote omni terra metallis plena. Subtus terram reperiuntur nonnunquam flumina decurrētia quorum cursus spe questus vi magna recidunt aut quod mirabilius videtur cocleis quas dicunt egyptiacas: diuertunt archimede cum in egyptum profectus est adinuenta eiusmodi instrumentis loca vbi metalla effodiūtur eiecta superius aqua summa arte diligentiaq; excicant mirabitur profecto quis archimedis ingenium non solum in his: sed in cæteris quoq; maioribus rebus quas multis in orbis partibus egregias fabricatus est de quibus scribetur diligentius: cum ad eius tempora veniemus. Serui qui ad hec metalla deputati sunt incredibilem questum afferunt dominis. Verum cum die noctuq; in labo

Vectigalis pditō

Hispāie metalla.

te perseuerent multi ex minimo labore moriuntur: cum nulla eis ab opere detur requies aut laboris intermissio. Sed verbe ribus ad continuum opus coacti raro diutius viuunt. Robustiori quidem corpore & animi vigore plurimum temporis in ea ver santur calamitate. Quibus tamen ob miserie magnitudinem mors est vita optabilior: cum plurima in hoc metallorum mu nere sint admiratione digna nequaq̄ tamen quis admiretur cur nullus recēs horum reperiendorum auctor extiterit verum ar genti studio a carthaginensibus quo tempore hyberiam tenere ea metalla adinuenta sunt. Hęc fuit causa eorum postmodum excrescentis vires. Precio enim optimis militum conductis plu ra gesserunt aduersus hostes bella. Neq̧ domestico neq̧ socio rum milite nisi romanos siculosq̧ ac lybios in maxima deduxe runt pericula. Cum omnes diuitiis ob auri argentiq̧ copiam superarent. Perspicaces sane vt videntur priscis temporibus ex titere ad quęstum foenices Itali nulli aliis cessere. Oritur stan num in pluribus hyberie locis non casu repertum vt quidam scriptores vulgarunt sed effossum conflatumq̧ quemadmodum argentum atq̧ aurum tradunt. Nam supra lusitaniam plurimū stannum effoditur in insulis oceani hyberię proximis: quę ad a stanno cassiterides denominantur. Plurimum tamen a britan nia insula ad oppositam galliam affertur. Deinde per loca mo diteranea celtici mercatores equis per inassaliotas ad narbonā vrbem romanorum coloniam optimum earum partium: tum oportunitate: tum commoditate adeuntium emporium per ducunt. Sed de gallis ac celtiberis hactenus Nunc ad ligures trā seamus. Hi patriam habitantes asperam: ac omnino sterilē plu rimo labore cōtinuoq̧ vitam duram agunt. Nam multis arbori bus oppleta regione quidā cędendę materiei: quidam subigēdo agro lapidum aspirate culru difficili vacant ita enim terra lapi dosa est vt gleba absq̧ saxo nequeat effodi. Huic vitę erum nosę natura assueti licet multo in labore versentur parum tamen pcipiunt emolumenti. Continuum autem exercitium & victus parcitas corpora eorū macilenta efficit ac robusta Mulieres quo q̧ virorum labores pferunt assuetę vna cum viris opus facere Venationibus continuo vacant captisq̧ feris fructuum inopiā sustētant. Niuibus insup montanisq̧ asperitatibus assueti agiles corpe ac validi redunt. Nōnulli messis raritate canes ptim dome

Carthaginēsiū opes

Cassiterides.

Ligures

ſticas edunt: partim ferinas aqua in potum ſumpta. Oleribus vtuntur prout fert regio vt ad quos neq̧ ceres adierit: neq̧ Dionyſius pre cęteris diis hominibus vtiles in terra cubant vt plurimum rari ſub tecto aut in tiguriis iacent. plures ad cauſa ſaxa ſpeluncaſq̧ ab natura factas vbi tegantur corpora diuertunt. Hoc pacto priſco more abſq̧ apparatu aliquo viuunt. Deniq̧ mulieres virorum viri ferarũ robur & vires habent. Aſſerunt in bellis ſępius vegetum gallum ab gracili macilentoq̧ ligure ex prouocatione ſingulari certamine vinci. Arma habent leuiora quam romani. Operiuntur corpora ſcuto longo ad formam galaticorũ facto tunicaq̧ ſuccincta. Armantur etiã ferarum pellibus a cenſe mediocri. Quidam romanorũ conſuetudine quos in ea re imitati ſunt: arma immutarunt. Feroces ſunt & acuti ingenii non in bello ſolum: ſed in communi vita: mercaturam excercent nauigantes per ſardonium lybicũq̧ pelagus ſponte ſe grauibus maris periculis obiectantes. Scaphis enim haud ſatis more cęterarũ nauiũ ꝑparatis nauigant. Quo fit imminente tempeſtate grauia ſubeant vitę diſcrimina. Tyrreni: ſupereſt enim vt de his loquamur: fortitudine egregii magno potiti imperio ciuitates condiderunt plures atq̧ opulentes. Claſſe quoq̧ potentes cum diutius mari imperitaſſent italiam pelagus tyrrenum ab ſe denominarunt. Pedeſtri quoq̧ excercitu ꝑualidi tubam primi adinuenerunt & bello admodum vtilem & ab illis tyrrenum appellatã. Duces exercitus pluribus inſignibus decorarunt. Lictores illi eburne ãſellã togaʒ purpureã adiicientes. Domibus addiderunt porticus in quis ſeruorum cõcurrẽtiũ turba diuerteret q̄ imitati poſtmodũ romani inq̧ melius aucta ad ſuam rem pub. tranſtulere. Litteris quoq̧ & rerũ naturaliũ inueſtigatiõi ac theologię plurima tpe impenſo. Prę cęteris in fulgurum interꝑtatione verſati ſunt: adeo noſtra quoq̧ ętate vniuerſus ferme orbis tum admiretur viros: tum fulgurũ interpretibus vtatur. Patriam vberam incolũt quam ſtudio: curaq̧ efficiunt fertiliorem Menſa bis in die ſumptuoſe prępatata: omnia quę ad epularũ delitias pertinent abunde ſubminiſtrant. Stragulas inſup veſtes floribus diſtinctas: proculaq̧ aurea varii generis ac miſtrorum ſeruorũq̧ numerũ pmagnum in vſu habent multiplices: vbi nõ ſolum ſerui famulantur: ſed etiam liberi plures. Poſtremo priori virtute abiecta potui ſe atq̧ ignauię tradentes haud iniuria partem maiorum ſuorum in bellis gloriã amiſere. Non autem eos parũ ad

Tyrreni

primi inuenerunt tubam

delitias impulit patrię fertilitas q̄ fructiferę a rerum copia ad inertiam voluptatemq; traduxit. Sunt tyrreni camplilati collibus distincti: cultiq; admodum solo fertili: vt qui aquis non hyemis tantum: sed ęstatis quoq; tempore abundent. Nunc insulas meridiē versus in oceano arabię: q̄ ad orientē spectat terminatur autem ea: q̄ dicitur cadrosia: positas referemus: ea arabię portio pluribus pagis vrbibusq; haud ignobilibus incolitur: quarum alię eminentibus in collibus sitę sunt alię in tumulis aut patentibus campis: regias hn̄t q̄ insigniores sunt ad modū sumptuosas: frequentibusq; habitatoribus satis opulentas: oēs ea patria pascuis variiq; generis pecoribus plena est. Flumina insuper per eam decurrentia campos irrigant: quo redduntur fertiliores: ideoq; pars arabię aliis vbertate pręstat. Fœlix est appellata. Ei regioni. quę oceanum iuxta est: plures apponūtur insulę: quarum tres merentur litteris cōmendari Vna in qua nō licet sepeliri vita defunctos sacra dicitur. Altera huic propinqua est stadiis septem ad quā deferunt sepelienda corpora Sacra fructibus caret p̄terq̄ thure: quod in ea adeo excrescit vt per vniuersum orbem satisfaciat deorum sacris. Fert etiam myrram plurimū & alia varii generis aromata odorem prebentia Thus percipit hoc pacto. Arbor est magnitudine parua aspectu spinę ęgiptię albedine. Folia arboris: quę cithea dicitur similia Flos colore croceo. Thus ab arbore quemadmodum lachrima emanat. Myrrhę arbor lentisco ęqualis est Folium frequentius tenuisq;. Fluit autem effossa ab radicibus terra: in solo vbere bis in anno fructum reddit vere atq; ęstate: sed rubeum vere propter rorem: ęstate album. Colligunt autem paliuri semen quo cibo potuq; vtuntur: & ad ventris fluxum. Varii est vsus eo omnis regio Sed optimam rex possidet concessa ei decima omnium insulę fructuum parte. Insulę latitudinem ducentorum stadiorum esse aiunt incolitur a pancheis: qui & thus & myrrham in continentem ferunt vendentes arabis mercatoribus. a quibus alii precio sumptas in fœnicem syriam & ęgyptum transuehunt. Inde a reliqs orbis mortalibus importatur. Est & tertia magna insula haud amplius tringita stadiis ab hac remota. Ad orientalem oceanū spectans plurium stadiorum longitudine ab eis promontorio quod ad occidentem vergit elatiora in die loca tradunt aspici. Sunt in panchea: quę historię mādentur digna habitant eam indigenę: qui dicuntur panchei. Externi pręterea indi: scytę

Cadrosia

Thuris collectio

Myrrha

Paliuris

cretes oceano aduecti. Ciuitas est i ea perpulchra nomine pa=
nara admodũ foelix. Qui in ea habitant ministri iouis triphilii
Iupiter triphilii dicuntur. Soli enim ex his qui pancheam oram incolunt: suis
viuunt legibus: liberi absq; rege Annuos tamen sibi principes
creant tres: quorum iudicio mortis excepta poena singula: ita
tamen vt res maximas ad sacerdotes referant: pmittuntur. Ab
hac vrbe stadiis sexaginta iouis triphilii abest templum in cam
pestri positum loco: quod tum vetutaste: tũ edificii magnificen=
tia: tũ natura loci mirabile habetur. Agri circa templum diuer=
sis arboribus pleni sunt & fructum & voluptatem visui afferen=
tibus Cyparissis enim ingentibus platano lauro myrto abun=
dant quibus augmentum prebet terra scaturientibus aquis irri
gua. Ex agris templo propinquis adeo ingentes dulcis aquę fõ
tes manant vt flumen efficiant nauigiis aptum ex his diuisa in
multas oras aqua reddit arbores altitudinis pręcipuę quarum
sub vmbra ęstatis tempore calorem homines vitant. Diuerse in
super varii coloris aues quę in arboribus nidificant tum suaui
aures cantu: tum visum oblectant Horti preterea plurimi: prata
q; multiplicibus herbis floribusq; virentia decorum aspectum
reddunt diis loci dignum. Palmę ingenti magnitudine eti=
am vberes fructu. Nuees quoq; fertilem cibum incolis prebent
Pręter hęc vites in altum elate multiplici palmite patriam effici
unt fertiliorem Templum ingens ex albo ędificatum lapide ma
gnis sculptisq; suffultum columnis duorum iugerum longitu=
dinem cui ęqua est latitudo: complectitur. Permagnę deo=
rum statuę summa arte fabrifacte templum exornant Circum
vero sacerdotes quibus sacrorum cura demandata est domos
habent. Est quoq; templum iuxta circus longitudinis stadiorum
quattuor: latitudine iugeri Ab vtroq; circi latere signa ęnea in
gentia sita sunt quadrata basi: in eius fine ex vberibus fontibus
Solis aqua. fluuius quem diximus colere albo profluit Appellant autem hoc
flumẽ solis aquã: quę potu sumpta plurimum cõfert ad corporis
valitudinem: circũdãt oẽs fõtem margines ex lapide sumptuoso
ab vtroq; latere stadiis q̃ttuor vsq; ad marginis extermum nulli
p̄ter sacerdotes ire fas est. Ager q̄ circũ adiacet stadiis ducẽtis di
Coeli sedes is sacer est Cuius vectigal i sacrificiis consumit. Hos vltra cãpos
mõs est excelsus diis dicatus quem cęli sedem appellant olympũ
q; triphilium Ferunt enim olim coelum orbi imperãtem cum

ad hęc loca diuertisset ex eius montis cacumine cœlum & stellā contemplasse: ac deinceps olympum triphilium: quoniam exter nę in eo gentes sed vrbes quoq; eorum Ardenam Loiam Aste= rusam delesse. Sacra insuper in eo monte instituisse quę sacer= dotes castę annis singulis celebrarent. Post hunc montem in alia panchеę ora varii generis sunt animantia. Elephantes plu rimi leones. Pardali: damę: diuersaq; pręterea animalia: tum aspectu vario: tum robore miranda. Habet pręterea ea insula tres nobiles vrbes. Hyracydam: Dalidam: Oceanidam: Regio omnis fructifera: sed vini maxime abūdans. Viri bello apti. Cur ribus in bello vtuntur more prisco. Politia eorum trifariam par= tita est. primum locum sacerdotes tenent quibus adduntur artifi ces. Secundum agricolę habent. Tertium milites: quibus pa= stores adiiciuntur. Sacerdotes omnium sunt duces: quibus & cō trouersiarum iudicia & publicarum rerum arbitria permissa sunt Rustici agros colunt: fructus omnis in commune conferentes. Qui ex eis optime videntur agro colendo vacare. Hi vsq; ad nu merum decem ad cęterorum exortationem. distribuendorum fructuum iudices ab sacerdotibus leguntur pastores tum ea quę ad sacra pertinent tum reliqua in publicum alia numero ponde re alia cum omni ferūt diligentia. Nil enim priuatim cuiusq̄ est domo atq; horto exceptis: sed tum vectigalia tum cętera sacer= dotes percipinnt: ęque illa cęteris prout vsus fuerit dispartien= tes: ipsis duplum conceditur. Vestibus induūtur mollibus. Oues enim apud eos plurimum ab aliis differunt mollitię. Ornamen= ta aurea non tantum mulieres: sed etiam viri deferunt torqui= bus collum ornantes armillis manus aures more persarum in au ribus pedes nouis ac varii coloris calceis. Milites patriam armis tutant. Pars enim quędā eius orę a latronibus qui agricolas per insidias capiunt infesta est. Sacerdotes vltra reliquos delitiis va cant vitam ducentes mūdam ac sumptuosam Stolas lineas ma xime tenues ac delicatas: quandoq; vero vestes ex molliori lana contextas induuntur. Mitras insuper gestant auro intextas. San daliis pro calciamentis varii coloris vtuntur summa arte factis. Ferunt & aurea mulierum more pręter in aures ornamenta. Hi maxime deorum incumbunt curę hymnis & laudibus eorum ge sta recensentes: narrant sacerdotes genus eorum manasse a cre= ta ab ioue ductum: cum in pancheam venisset: quo tēpore inter hoīes versatus orbi īpitauit. horū cōiectură ex sermōe sumūt cuz

multa penes eos verbis cretensium dicatur: beniuolentiaq̃ quã erga cretenses habent tradita illis a maioribus huius rei memoria a parentibus cœpisse. Ostendũt preterea horum scripta quędam ab Ioue relicta quo tempore templum construxit. Referta ẽ etiam ea patria auro argento ęre stanno ferro. Quorũ nil extra insulam asportari licet neq; vero sacerdotibus extra locum sacrũ proficisci fas est. Vltra deprehensum interfici licet. Dona plurima aurea atq; argentea diis a longo tempore oblata in templo seruantur. Valuę eius structura mirabili: auro argẽto: ebore sunt decorę. Dei lectus sex est cubitorum longittudine quattuor latitudine aureus totus opifico: splendido: ac venusto. Simili modo & dei mensa tum magnitudine tum pari impensa splendoreq; iuxta lectum posita. Huius in medio est & alter lectus ex auro permagnus sacris ęgyptiorum litteris inscriptus: in quis cœli & iouis gesta: deiñ dianę ac apollinis a mercurio scripta continebãtur. Insulas oceani arabię oppositas cum recensuerimus. Nũc ad eas trãseamus quę gręciam ęgeumq; pelagus spectant initium earum a samothracia sumentes. Hanc nonnulli Samon vocitatam priscis temporis tradunt. Deinde ab antiqua samothracia insulæ propinqua: Samothraciam dictam. Habitarunt eam prius aborigenes: cum eorum qui in ea primum fuere tum homines: tum duces nullę nuptiæ ferantur: quidam aiunt priscis temporibus insulã vocatam Samum ab incolis: qui ex samo ac thracia eo profecti sunt dictam Samothraciam. Sua olim lingua aborigenes vsi sunt. Cuius multa vestigia in sacris ad nostram vsq; ętatem perdurant. Tradunt samothraces ante deucalionis diluuium aliud quoq; antea magnum apud eos extitisse. Id primum ab ostio cyaneo: deinde ab hellesponto erupisse. Ponti eñ pelagus in modum stagni fluminum in cursu aquarumq; inundatione adauctum adeo supramodum in hellespontum effluxit vt asię magna pars secus mare sita fuerit diluuio absumpta: plana quoq; samothracię ora crescente mari vastata est. Qua ex re posteri piscatorum nonnulli iactis retibus quędam columnarum lapidea capita in terram traxere tanquam ciuitatibus aqua submersis homines ad altiora insulę loca confugerint. Decrescente deinceps mari accolas vota diis fecisse salutemq; consecutos circum insulam salutis terminos statuisse tradunt. Erexisset quoq; aras: in quibus nunc vsq; sacrificatur vt palam sit ante diluuium eam insulam habitatam. Postmodum ortum

Sacerdotũ termini

Samon Samothracia.

Diluuia duo.

in ea ferunt Saona ex ioue ac nympha vt quidam volunt: vt alii ex mercurio & rhena qui populum dispersunt in vnum congregans inditis legibus Saona ab insula vocatus est Hic populum in quinq; tribus partitur cuilibet indidit filiorum nomen. Tradunt eo tempere ex ioue ac electra Dardanũ iasium & Harmoniam ortus. Dardanus vir prudens in asiam nauigio trãsuectus vrbem dardanam condidit: constituto regno qđ posteri troiam appellarũt populos sibi subditos dardanos vocari iussit: in multas p̄terea gentes has imperio diffuso dardanos in eis pro thracibus locauit. Iouem vero aiunt cum vellet filiorum alterum honore insignẽ esse docuit eũ initiandi cerimonias quas haud fas est aure nisi initiatos Videtur autẽ hic primus hospites initiasse exq; ea re cerimonias reddidisse celebriores. Cadmũ deinceps Agenoris Europem quęrentem cum ad eos peruenisset perceptis cerimoniis Harmoniam duxisse vxorem Iasii non vt gręci fabulantur martis sororem. Has nuptias a diis primũ celebratas ferunt Cereremq; in gratiam iasii ei ex frumento panem attulisset. Mercurium lyram palladẽ decantatum monile peplum ac tibias. Electram vero magne deorum matris sacra celebrari ostendisse cum cymbalis ac psallentium tympanis. Et appollinẽ quippe cythara vsum & musas tybiis. Ceteros deos plausu nuptiarum iocunditatem auxisse tradunt His actis cadmus iuxta oraculi responsum condidit in boetia thebas iasius sumpta vxore cybele genuit corybãtum Verum ad deos trãslato iasio Dardanus cybeles ac Corybãtus sacra deorum matris in phrygiam detulerunt Ceres primo nupta olympo genuit alcem deãq; Cybelem ab se nominauit. Corybantus eos qui matris sacrificiis incumbebant appellauit ab se corybantas. Despondit quoq; theben cilici natam. Tibias insuper inde in phrygiam traduxit. ac in lyrnesum mercurii lyram ab Achille postmodum sublatam: ex iasio pręterea ac Cerere Plutonem fabulę natam volunt: verum constat frumẽti copiam in nuptiis armonię ob Iasii beniuolentiam dono datum. Quę de eiusmodi cerimoniis singulatim traduntur in archanis seruantur solis initiatis nota. vulgata est horum deorum presentia: atq; in periculis mirabile p̄sidium ipsorum inuocantibus numen. Effici quoq; asseuerãt horum misteriorum participes iustiores magis pios & prorsus meliores viros. Ideoq; vetusti heroes ac semidei qui pręclari fuere initiari summopere cupierunt. Nam iason: castor: pollux:

Saona. Dardanus. Iasius. Harmonia. Dardania. Cadm⁹ Harmonia. Thebe Iasius. Cybele. Corybãtus. Ceres. Olimp⁹ Corbãtes Iasius. Pluto.

Naxos hercules: orpheus: his initiati sacris fortunati in bello horum
Strongyle deorum fauore extiterunt. Nunc ad naxum veniamus. Hanc
primum strongylem dictã habitarunt ex huiusmodi causa thra-
Butes. ces Fabulantur boreos pueros fuisse butem ac lycurgum non ex
Lycurgus eadem matre fratres. Butes qui iunior erat cum insidias parasset
fratri re palam facta nil asperius lycurgus egit: q̃ vt vna cum in
sidiatoribus nauigiis sumptis butes nouam patriam cogeretur
querere. Itaq; thracibus periculi sociis assumptis per ciclades ad
insulam strongilem ꝓfectus nauibus nauigantes predari cœpit
Cum rarę apud eos essent fœminę multas ex aliis locis mari ra
ptas aduexere Cicladum quędam oino desertę. erant quędam
paucis incolis fultę. Quapropter alias regiones prędandi gra-
tia petentes cum ab euboia arcerentur ad thessaliam nauigarũt
Dryos Vbi in cõtinentem descendens butes casu in sacerdotes dionysii
circa montem arcadię: q dicitur dryos orgia celebrãtes incidit.
His conspectis quedã abiectis in mare sacris confugerunt. Alie
coronis montem ꝓpinquũ petiuere coronis rapta ad Butis concubitũ cõ
pulsa est Qđ illa molestius ferente cũ Dionysii auxiliũ iplorasset
Butes in insaniam versus in puteũ se deiiciens expirauit. Reliqui
thraces aliis mulieribus raptis: in quis clarios fuit vxor Aloei
Iphymedea iphymedea: eiusq; filia pancratis in insulam sunt reuersi. Hic
thraces loco butis alium regem insule prefecerunt. Agassome-
Pãcratis num. Cui pancrati dem aloei filiã prestãtem pulchritudine matri
monio iunxere. Verũ anteq̃ regi despõderetur duces eorũ preci
Agassomenus. pui: si cœlos atq; ceteris pro pancratide mutuis vulneribus dis
sensione inter eos orta cõciderunt. Agassomenus amicorum cui
Aloeus dã nuptui iphimedeã dedit: atvero aloei Ephialtes atq; othus fi
Othus lii ad inuestigandas vxorem filiamq; missi cum in strongylem
dia isula peruenissent thracibus bello subactis vrbeq; obsessa defuncta
que naxos dicitur. postmodum pãcratide in insula thracibus imperantes mansere
appellarũtq; insulã diam. Orta postmodum inter eos regni cõ-
tentione cum ad certamen descendissent. Multis vtrinq; cadẽti
bus mutua occubuerunt cede. Ab incolis postea tanq̃ heroes
Leucippus merdeus. culti thraces q superfuerunt cum annis postea ducẽtis in suam
tenuissent siccitate vrgente eam deserere coacti sunt. Cares dei-
Theseus ariadne ceps ex lamia aduecti insulam possederunt quibus Naxus pale
moniis imperans pro dia ab se cognominauit naxon: hic vir bo
nus ac preclarus filium reliquit leucippum. Ex quo ortus filius
Merdeus iperauit isule Theseus postmodũ ex creta cũ ariadne ꝑ

fectus in ea permansit insula. Qui cum per somniū dionysium sibi nisi ariadnē reliquisset minitantē vidisset timore perculsus muliere omissa ex insula discessit. Dionysius noctu sumptam Ariadnē in montem tulit qui appellatur dryos. Et is primum euanuit vt deus tum quoq; Ariadne non amplius visa est. Ferūt naxii hunc deū apud eos nutritū ob eamq; rem insulam sibi acceptissimam esse. Nysiadem a nonnullis dici. Nam iouem eorū fabulę tradunt Semele ante partū fulmine icta sumptum in fœmore infantem vt clam iunone esset vsq; ad pariendi tempus abscōdisse: inq; nazo insula natum philię coronidi Cliediq; loci nymphis prębuisse educandum. Fulminasse aūt ante partū. Semelem vt nō ex mortali sed ex duobus diis ort9 e vestigio fieret imortalis: Incolis vero ob dionysii nutriēdi curā gratię redditę fœlicitate insulę: & vt classe pręstarēt prębita. Nam primi ab xerse deficientes et classe eum oppugnarūt: & apud plateas in acie opera eorū insignis fuit. Vina pterea habent pręcipua: inditium haud paruū dei erga insulā affectionis. Hāc simē ātea dictā cū esset cultoribus deserta primum cum triopo aduecti aduenę habitarunt. Horum duces cithonius neptuni filius ac symes a quo & insula id nomen sortita est sextiterunt: in ea postmodum regnauit addita cnydię parte Nireus charopi atq; aglaie filius speciosus admodum: qui cum agamennone ad troiam profectus est. Confecto troiano bello insulam cœperunt cares: quo tēpore plurimum mari poterant. Hi siccitate ingruente fugientes ex insula locum quem Vranium dicūt habitarūt. Sime mansit deserta quoad lacedęmoniis argiuisq; ad eam insulam transeuntibus habitata est. Quidam nausus nomine qui antea cum ippotovenerat sumptis voluntariis colonis in simen tunc inhabitatam primum transiit. Deinde nōnullos duce zucho eo nauigantes communicata cum eis insula suscepit. Eam coloniam a cnydiis ac rhodiis deductaꝫ ferunt Calydnam vero ac Nysirā olim a caribus possessas. Tantalus postmodum herculis tenuit. Amphitus deinde phippusq; coorum regis filii ad ilium ab his insulis nauigātium duces fuere. Tum vero a troia quattuor agamennonis nauibus ad calydnam aduecti immixtiq; accolis ibidem permāsere. Priscos nysirę incolas terremotus absumpsit. Peste deinceps afflicta insula eo coloniam misere rhodii. Carpathon primi inhabitarūt quidā minois milites. Quo tempore gręcorum primus maris imperio

Dryos
nysiada coronis.
Xerses
anaxais relictus.
Sime cithonius
Nireus.
Nausus
zuchus
Carpathos.

Potitus est. Multis postmodũ seculis ioclus dimoleõtis argiu⁹ genere iuxta certũ responsum coloniã in carpathum deduxit. Rhodus insula primũ inhabitata est ab his quos Thelchines appellãt secundum fabulas maris filios. Fertur sane eos vna cũ chalpharna oceani filia nutrisse neptunum ab rhea illis datũ. Fuisse quoq͂ eos aiunt quarundam artium inuentores aliaq͂ ab ipsis vtilia permulta in vsum hominum deducta. Statuas insuper deorũ fabricasse primo quędamq͂ antiqua eorum nomine signa fuisse appellata. Nã apud lidios apollo Telchinius: iuno ac nymphę apd̃ alissos telchinę. Apud camireos iuno telchinia dicuntur: incantatores etiam volunt eos fuisse & tanq͂ magos nubes hymbres grãdinem niuẽ inducere: ac mutare proprias formas cum vellent solitos: inuidi quoq͂ in doctrinas artium extitere. Neptunus iã vir ex alia Telchiniũ sorore ab se dilecta genuit liberos mares sex. Femellã vnicam nomine Rhodos: a qua & insula cognominata est Fuerunt in ea parte insulę: quę ad orientem pertinet gigantes: quo tẽpore iouẽ ferũt expugnatis Titanis imalię nymphę amore captum tres ex ea suscepisse pueros. Sparteum: Saturnũ: Cytũ Quorum ętate tradunt Venerem cũ ex cythero cyprũ peteret aditu prohibitam a neptuni filiis claris admodum atq͂ animo elatis eaq͂ re turbatam deam eos in insaniam ab se versos adegisset: vt matrem vi cognoscerent multisq͂ incolas afficerent calamitatibus. Quę neptunus perspiciens filios ob rei pudorem suffodit in terram: quos orientales demones appellant. Aliam in mare proiectam vocauit Leucotheam. cui immortalium honores incolæ tribuerũt: postmodum telchinis futurũ p̃uidentibus diluuiũ relicta abierũt insula. Lycus deinceps cũ in lyciam venisset templũ lycii apollinis penes xanthũ fluuium erexit. Facto diluuio cęteri quidẽ aqua deleti sunt locis insulę planis ob pluuias in modum stagni redactis: pauci & in his iouis filii qui ad montes cõfugerant euasere. sol secundum fabulas rhodię amore captus insulã aqua amota Rhodum ab ea dixit. Verum id constat cum a primordio insula referta paludibus admodũ humida esset solis calore arefactos humores terram fertilem reddidisse Ab eo autem genitos septem numero qui dicti sunt heliades. Cũ alii pręterea indigentes populi insulam inhabitarent: existimatum est insulã soli sacram esse. Rhodii quoq͂ postmodum solem prę diis cęteris coluerunt tanq͂ sui generis auctorem Traduntur filii. ochimus cercbaphus macer. Actinus. tenages. Triopas Candalus filia

Rhodos

Telchines

Imalia nimpha

Demões vnde Leucothea filia.

Solis amor Rhodos

Ochim⁹

vna Electione quę adhuc virgo functa est vita heroicos post obi tum honorem a rhodiis sortita. Cum iam viri essent heliades solē ferunt dixisse: qui mineruę primum sacrū fecissent apud eos deā futurā. Quod idē cū atheniensibus prędictum esset. aiūt ab heliadibus omisso ꝓpter festinātiā igne immolata hostia Cecropem atheniensium regem postmodum accenso igne sacrificasse. Ex quo hucusq; mos huius sacrificii solum in rhodo perseuerat: ibi q; permansit dea. Hęc de rhodis prisci tradunt: in quis est zenon qua eius insulę gesta scripsit. Heliades peritissimi omnium: sed maxime in astrologia fuerunt: addiderunt quoq; ad nauigandi artem permulta Situm insuper terrę conscripsere. Pręstantior inter eos Tenages fuit a fratribus ob inuidiam occisus. Qua re nota cędis participes aufugerunt. Mater quidam in lesbum candalus in choum. Actis ad ęgyptum transiens in patris honorem solis condidit ciuitatem. A quo ad ęgyptios astrologię noticia tradu cta est: postmodum grecia diluuio oppressa cum plurimi homines perissent & litterarum quoq; monumenta deleta sunt. Ad diluuii expertes ęgyptii astrologię artem sunt ꝓsecuti. Qua ī re cum grecos ob litterarum defectum anteirent accidit vt primi ægyptii crederentur astrologię extitisse repertores. Eodem pacto cum ab atheniensibus vrbs nomine. Sai in ęgypto fuisset condita & hęc quoq; propter diluuium ex hominum memoria delapsa est. Hanc ob causam existimant multis post seculis Cadmum agenoris filium primum litteras in gręciam attulisse. Atq; ideo grecos quadam communi ignorantia ductos litterarū inuentionem illi acceptam tribuisse. At vero triopas in cariam nauigans promontorium tenuit ab eo postmodum triopon cognominatum. Reliqui solis filii qui procul a culpa cędis erant ꝑmansere in rhodo habitantes in illyssa vbi & vrbs condita ab eis est nomine açhaia. Horum ochimus natu maior regnum tenens vxorem egetoriam loci nympham duxit. ex qua genuit filiā Cydippē Cyrben postea appellatam Qua cerchaphus frater in vxorem sumpta in regno successit. His vita functis filii tres regnū cœpere lyndius illysus Camirus: inundatione deinde aquarū secuta Cyrbe deserta cultoribus facta est. ipsi patriā inter se partiti q libet Ciuitatē sui nominis cōdidit. Post hęc danaus ex ęgypto cū filiabus aufugiēs in lyndiā Cypri appulit susceptusq; ab incolis erecto mineruę tēplo statuam ingentem deę dicauit. Hoc tēpore

electiōe

tenages

Astrologię ęgyptii iuētores.

litterarū inuētor. Cadm⁹.

cadmus ad perquirendam europam missus vehementi iactatus
tempestate in rhodum venit: ibiq; suscepto antea dum fluctibus agitarentur voto ædificauit neptuno templum. Eiusq; curã
foenicibus quibusdam ab se in isula relictis qui illysiis permixti
cum eis permansere permandauit. Ex his postmodum sacerdotes qui faciundis preessent sacris ex successione manarũt. Cadmus & mineruã lyndiã ornauit donis: in quis olla fuit ęrea admodum conspicua antiquo more fabrefacta. In ea litteris phoeniceis quas aiũt primũ ex phoenicibus in grętiam allatas appellatasq; phoeniceas inscriptum erat terrã rhodiam a serpentibus vastatum iri. Quapropter rhodii postmodum in delphos sciscitatũ
misere. Quo pacto id aduerteretur malum responsum apollinis ꝑcepit: vt phorbantẽ cum sociis in insulam asciscerent. Hic laphiti
Phorbas filius cum pluribus erat in thessalia sociis patriam ad habitandũ
quęrens: ac cito iuxta dei responsum phorbanti pars insulę ad
habitandũ concessa est. Cuius virtute deletis serpentibus liberata est eo timore rhodos. Fuit hic in cęteris quoq; rebus vir bonus
vnde & post obitum heroum meruit honores. His actis althemenes catarei filius cretensium regis cum oraculũ de quibusdam
sciscitaretur: responsum tulit in fatis esse vt pater ab eo interficeretur euitare fata cupiens spõte cũ plurimis volũtariis abiit in eã
rhodi orã: quę camiros dicitur supraq; achabyrũ mõtem ioui qui
templum construxit chamirium appellatum. Quod & nunc quoq; supra excelsum montis cacumen positum vnde creta conspici
potest pręcipuo habetur cultu. Habitabat Althemenes cum his
qui eum secuti erant in camiro pręcipuo incolarum honore habitus. At pater Catatreus cui nulla erat alia proles mascula filii
quem pręcipue amabat actus desiderio profectus est is rhodum
reperiendi nati eiusq; in cretam deducendi cupidus. Verum vi
fatorum: quę superari nequit vrgente cũ noctu in insulam descẽdisset orta inter suos lociq; incolas contentione ac pugna Althemenes suis auxilio accurrens iaculo inscius patrẽ occidit. Qua
ex re althemenes dolore ingenti ꝑculsus cũ tantę vim calamitatis ferre non posset: fugiens hominũ consortia ac sermones soTlepolemus lusq; ꝑ deserta inuiaq; loca aberrans dolore consumptus expirauit. Cui a rhodiis postmodum honores heroũ impensi sunt paulo ante troianum bellũ. Tlepolemus herculis filius ob licynii cędem ab se inscio interfecti ex agro sponte fugiens secũdũ oraculi respõsum: quod super colonia deducẽda cõsuluerat cum certis

populis transcendit in rhodum: ibiq3 ab incolis susceptus habi-tauit. Factus deinceps insulę rex & patriam omnem reddidit insignem & iuste imperauit: inde ad illum cum agamennone profectus ē regni administratiōe Buti qui ex agris cum eo fugerat permissa: is vir bello clarus in agro troiano defunctus est Quoniā rhodiensium rebus cheronesi qui locus eis oppositus est: quędam sunt immixta: haud ab re censemus & ipsa litteris tradere. Cheronesus olim vt nonnulli tradunt a natura loci qui hystmos dicitur. Vt vero scripserunt alii cheroneso: qui eis imperauit oris nomen traxit. Haud multo post huius imperium volunt Curetes quinq3 ex creta eo transfretasse illorum posteros qui ab ioue & rhea orti sunt: inq3 ideis montibus cretę educati: & in cheronesum haud praua classe nauigantes cares in ea habitantes expulere: omnemq3 eam subactam patriam in quinq3 distribuerunt partes condita a quo eorum sui nominis ciuitate Paulo vero post inachus argiuorum rex amissa Ia filia Cyraum prestantē ducem cū haud comtemnenda classe ad eam inquitēdam destinans reditum absq3 filia interdixit. Verum cum diutius variis peragratis orbis locis incassum quęsita esset ex care cheronesum contempta patria petiuit: deinde partim suadendo quorundam locoru3 rex factus est ciuitate ab eo nomine suo condita. Vtilitati publicę intentus magna gloria apud subditos vixit. Triopas deinceps contaminatus cęde fratris cum in cheronesum peruenisset: a mellisseo rege cędis purgatus in thessaliam transiit deucalionis filiis belli presidio futurus pulsis. inde pelasgis agrum doteum sortitus est. Cum templum cereris euertisset: eius materia abusus est ad regię constructionem: igitur incolarum odio contracto ex thessalia fugiens cum populis q secum nauigarant in cnydiā venit: in qua & vrbem condidit sui noīs Triopiam inde profectus & cheronesum cœpit & ei cōterminę plurimā carię partem. De triopę genere plures scriptores poetęq3 dissentiunt. Nā tradūt qdā ipsum ex canace eoli filia neptunoq3 Alii ex lapitho Appollinis Scibeq3 penei ortu3 Est in castabo cheronesi templum sanctum Semideę. De qua cum multa varie ferantur haud silendum videtur Verum nos id quod magis increbuit quodq3 consentiunt accolę referemus. Staphilo ac Crisbtheo defuisse tradunt filias tres. Molpadiam Rheam Partheniam rheam ab apolline compressam grauidam esse factam: patrē iratū tanquam ab homine corruptam filiam

Inachus
Ciraus
Triopas
mellisseus.
Triopia
Canace
Staphilus Molpadia.
Rhea
Parthenia.

in arca inclusam in mare deiecisse: que cum in delũ appulisset:
Anius filium genuit nomine aniũ. Mulier preter opinionem salutem
assecuta infante post partum supra Apollinis altare posito deuz
orauit vt si ex eo esset genitus puerũ saluaret. apolinẽ dicunt ab
scondito infante eius educandi curam cœpisse. Doctumq; dein
de diuinandi artem magno honore affecisse at vero Molpadiam
patheniamq; thee sorores patris custodientes vini amphoram
pauloante inter homines reperti somnus oppressit interim nutri
ta apud eas sus thalamũ ingressa vini amphoram fregit. Quo
dissipato virgines patris iracundiam verite cum ad littus cõfugis
sent e saxo se in mare precitauere appollo in earum sororis gra
tiaz manibus susceptas incheronesi vrbes incolumes detulit par
thenie in bubasto cheronesi diuum honores habiti: & fanum
edificatum. Molpadia in castamum accedens predicatione
apollinis Semidea dicta apud cheronesos in honore fuit in eius
sacris propter causam: qui ex vino accidit Mellicrato libant. Tan
gentem vero: aut edentẽ porrum nequaq̃ fas est templũ ingredi
adeo autem postmodum semidee religio excreuit vt non incole
solum: sed extere quoq; gentes ad id templũ proficiscerentur sa
cris donisq; egregiis deam colentes. Quo vero maximũ habetur
Perse imperantes asie cũ omnia grecorũ loca sacra expoliassent
solum huius semidee templum intactũ liquere latrones insuper
singula rapientes hoc solum haud quaq̃ muro cinctum: vt absq;
periculo spoliari queat inuiolatũ sinũt Huius rei causaz tradunt
dee cõmunẽ in omnes beneficentiam. Naz vt egras per somnũ
curas morborum docet & multis insuper sanitatem desperãtibus
salutem pbet. Mulieres preterea parturientes a laboribus ac vite
discrimine hec liberat dea. Quo factũ est vt plurimorũ qui salu
tẽ assecuti sunt donis refertum tẽplũ existat: neq; custodibus ne
q; mœniis: sed religione tutis & de rhodo: cheronesoq; hacte
Creta nus. Nunc ad cretam transeamus. Qui prius cretã inhabitarunt
Cretas rex antiquissimi dicuntur etheocrete indigetes fuisse. Horum rex
cretas fuit plurimarum in ea insula rerum: que ad vitam mor
talium conferrent inuentor. Plures quoq; deorum apud eos
fabulantur extitisse: quos propter beneficia hominibus impen
sa vt deos posteri coluerunt: de quiquis singulatim recensebi
mus: eos imitari: qui cretensium gesta conscripsere. Primi qui
Idei dactili dem memorie traduntur in creta circa idem habitarunt. idei
dactali appellati. Hos quidem centum fuisse numero tradunt.

Alii decem: qui eo nomine vocati sunt: ob parem numerum manum digitorum: in quis est Ephorus. Volunt nonnulli Ideos dactilos ex ida: quę in phrygia extitisse: indeq cum Migdono transcendisse in europam diuinandi quoq arte peritos docuisse cātum initiationes ac mysteria. In Samothracia vero magnā sui admirationem prębuere incolis: quo tempore orphea ferunt ingenio ad poesim melodiamq pręstanti horum discipulum primum ad gręcos initiandi morem mysteriaq attulisse. idei dactili traduntur. ignis vsum ac ęris ferriq naturam quo q modo fabricarentur in loco: quem berecynthum dicunt inuenisse: cum magnorum honorum generi hominum haberentur auctores immortalium honoribus donati sunt. Scribunt etiam vnum ex eis appellatum herculem: qui cum gloria excelleret olympia instituerit certamina Posteros vero nominis similitudine ductos esse opinatos ab hercule Alcmene ea certamina instituta. Horum asserunt antiquitus & nunc vsq extare vestigia: q foeminę plures ab hoc deo cantus quosdam summant: ac supersticiosa quędam faciant: tanq̄ & ipse incantator extiterit & initiationibus deditus. At hęc plurimum aliena sunt ab hercule: qui est ex alcmena ortus. Post ideos dactilos secuti sunt curetes nouem: quos quidam ex terra genitos volunt. Alii proginiem idei dactilorum. Habitasse autem in montibus ac cōuallibus arborum plenis tecta ac indumenta: quę natura preberet: nondum repertis domibus habentes. Cum prudentia eminerent multa ad vitam vtilia ab eis inuenta sunt. Nam primos omniū greges coegisse: aliquam mansuefecisse pecora. Mellis insuper & sagittandi viuandiq modum induxisse perhibent. Hominum quoq cętus ad communē vitę & legum disciplinam illos instituisse ferunt. Repperisse insuper ensem galeam ac cum armis certandi morem quorum strepitu permagno saturnus deceptus est aiunt p̄terea iouem clam saturno ab Rhea matre datū ab his fuisse nutritū: de quo cū singulatim scripturi simus paulo altius narratio repetenda est. Tradunt Cretenses curetum tēpore titanas in gnosia habitasse: vbi & nunc quoq fundamenta visuntur domus: in qua educata rhea est: atq antiquū cupresso rū nemus. Fuisse autē sex numero viros foemīnas quinq ex cęlo & terra natos quidā tradūt Alii ex vna curetum matre Titera a q̄ & id nomē sūpsere Mares qdē fuere Saturnus: Hyperiō: Conis: Iapethus: Cteius postremus oceanus Horum sorores Rhea

Berecinthi.

hercules olimpia certamina.

Curetes

Titanes cęli filii terre filii Titera.

thenus memoria phœbe: thetis: hi oēs rei alicuius quę vsui ho
minum esset: inuentores honores nomenq; sempiternum ade-
pti sunt. Saturnus natu maior rex factus homines ex agresti in
cultaq; vita ad mores legesq; et humaniorem cultum deduxit
Qua ex causa cuȝ magna esset apud omnes fama plura orbis lo
ca peragrauit: exhortans ad iusticiam singulos & animi virtutē
obq; eam rem subditos suos bonis moribus institutos reddi-
dit probitate fœlices imperauit maxime quę ad hesperum per-
tinent locis maximo in honore apud omnes habitus: ideo vsq;
ad posteriora tempora & a romanis carthaginensibusq; ac aliis
proximis gentibus cerimonię sacraq; precipua saturno fiunt.
Multa vero loca ab eo nomen sumpsere. Et cum legibus homi-
nes obtēperarent: nulla iniusticia apud eos erat Sed omnes eius
imperio parentes summa cum voluptate fœlicem vitam agebāt
Horuȝ testis ē poeta Hesiodus: qui eadē in suis carminibus affir
mat. Huiuscemodi saturni fabulę feruntur At hyperion solis ac
Hyperion. lune aliorūq; astrorum motus horasq; primū summa cura obser-
uationeq; ab se percepta: cęteris noscenda tradidit ideoq; ho-
rum parens nominatur veluti ipsorum nature contemplator Ex
Latona saturno ac phœbe orta latona est Ex iapetho Prometheus: quē
Iapeth⁹ nonnulli scriptores tradunt ignem ab diis furto sublatum homi
Prometheus. nibus dedisse. Sed ab eo constat illa: quibus ignis alitur reper-
ta. Ex titanibus vero memoriam tradunt loquendi modū adin
Memoria. uenisse ac rebus imposuisse nomina. Licet a quibusdā ea mercu
rio tribuantur. Huic quoq; deę rerum memoriam aqua & no-
Themis mē sortita est assignāt: themin tum diuinandi artem tum sacra
cultusq; deorum introduxisse dicunt: eaq; quę ad beneuiuendū
& pacem pertinent ostendisse: ideoq; conditores legum sacro-
Apollo rumq; custodes eos: qui deos colunt: & hominuȝ leges seruant
dictos Apollo quidem traditur cum esset responsa daturus the-
mim consulere solitus tanq̄ diuinandi artis inuentricem. hi dei
quoniam in plurimis profuerūt mortalium vitę: non solum im
Saturni mortales honores adepti: sed primi olympum post obitum ha-
filii bitare existimati sunt Saturnus ac rhea vestam cererem iunonē
Iupiter Iouem neptunū ac plutonē genuerūt Horum vesta structuram
domus inuenisse fertur iupiter postmodum apud omnes ferme
homines ob hoc beneficium honorari eam sacrisq; coli voluit.
Ceres Ceres frumenti: quod forte inter alias herbas nascebatur igno
tum cęteris prima vsum adinuenit: docuitq; homines nascendi

seruandiq; & serendi modū. Est autem ab ipsa frumentum ante genitam proserpinam repertum. Nā post eius a plutone raptum frumenta omnia tum in iouis odium tum propter dolorem filię incendisse ferunt. Sed ea inuenta & recōciliatam esse ioui: & Triptolemo frumenti dedisse semen: mandasseq;: vt cū omnibus id donum participans modus seminandi monstraret. Traditur a nō nullis illam leges quoq; dedisse quibus homines iuste viuere assuescerēt. Vnde & legifera dicta est. Et quoniā maximorum bonorum causa humano generi extitisset: ob omnibus non solum grecis sed barbaris quoq; ad quos frumenti peruenit vsus honoribus sacrisq; solemnibus ac celebritate pręcipua colitur. Nonnulli de frumenti inuentione secus sentiunt penes se eam primo Deam apparuisse frumentiq; naturam & vsum pœnes se repertum asserēres. Nam tradit̄ ab ęgyptiis Cererem & Isidē eandem esse deam primamq; in ęgyptum atttulisse frumentum nilo ęgypti campos irrigante omniq; regione ad ferendos fructus optime sita. Athenienses quamuis inuentionem frumenti fateantur volunt tamen aliūde in atticam delatum locumq; qui id primū donū susceperit eleusinam appellant: eo q̄ ab aliis id semen ad eam oram sit asportatum. Siculi: cum insula Cereri ac Proserpinę sacra existat ęquum censent frumenti vsum ei primum patrię fuisse ostensum: quam imprimis amarit. Haud enim veri simile est eam regionem quam vt propriam Ceres admodum fructiferam pręstitisset: postremam huius beneficii participem effecisse: pręsertim cum in ea insula & filię raptus contigisset & frugū esset fertilis vbi etiam sua sponte: prout poeta tradit nascātur ordeum ac frumēta. Sed de cerere hactenus. De diis vero aliis ex Saturno & Rhea natis neptunus secundum cretēses primus nauigandi arte inuenta classem instituit: eiusq; pręfectus est a saturno factus. Quapropter traditum est posteris neptunuз imperasse mari: sacraq; ei a nauigantibus facta. Addunt etiam Neptunū equos primū domuisse artēq; equitandi ab illo traditā ex quo ippius sit appellatus Plutonem volunt sepulchrorum funerūq; honorūq; qui mortuis impenduntur: vsum introduxisse Cū antea nulla rerū apud homines esset consuetudo: quę causa extitit: vt vita functis dominari existimaretur. Antiquitate illi huius curę principium tribuente. De ioui s genere atq; imperio dubitatur. Nā quibusdā placet postq̄ saturnus ad deos transiit suscepisse regnum: nō vi patrē expulisse: iusteq; & legitime

triptolemus.
Leges
Ceres. Isis.
eleusina
frumētū
Nauigatio.
neptun' Equi.
plutonis inuenta

regno potitum. Alii saturno volunt in ortu filii responsum fore
vt ab ioue ni regno pelleretur quę res saturnum impulit vt filios
sępius perimeret: id egreferens Ceres cum viri animus placari
non posset iouem in ida ab se editum clam enutriendum Cure-
Amal- tibus iuxta idę montem habitantibus dedit. Hi in antrũ ad nym
thea. phas commendata illis infantis cura detulerunt. Lacte caprę: q̃
amalthea dicta est melleq; educatus est. Multa insuper iouis: tũ
Ompha generis: tum educationis aiunt in ea insula extare vestigia. Naʒ
lia. cum a curetibus infans ferretur: tradunt omphalum iuxta fluui-
Ida um tritonum cecisse. Ex quo & ora illa ab eo: quod accidit: ideo
Apes sacra Omphalia cognominatur: & propinquus ager est ompha-
Iouis leos appellatus: in ida antrum vbi nutritur dicitur sacrum est &
Laudes circa illud prata manent intacta. Verum quod de apibus mirabi-
le dictu tradunt fabulæ minime videtur pretereundum iouem
scilicet in sempiternam amoris erga eas memoriam illarum co-
lorem immutatum inq; ęris vertisse aurati. Quamuis autem locus
is admodum excelsus asperq; situ ventis quoq; agitatus niuibus
sit infestus nullo tamen apes incomodo: aut molestia afficiũtur.
Caprę quę eum nutriit: & alii sunt honores impensi: & locus e-
ius est heniochus vocatus. Adolescentiam est egressus in ida vbi
genitus est ciuitatem condidit: cuius postmodum destructę etiã
nunc extant reliquię. Excessit hic deus fortitudine & cęteris vir-
tutibus omnes. Accepto enim post Saturnuʒ regno maxima plu
rimaq; contulit ad hominum vitam. Primus omnium iusticiam
docuit mutuo seruari inter mortales omni vi atq; iniuria remo-
tis. Lites ac contentiones iudicio auferens: singula quę ad be-
ne viuendum ac pacem pertinere summa ope procurauit: bonos
ad virtutem exhortatus est: improbos timore coercuit ac pœnas
omnem pene orbem circuiens bello impiis ac predonibus indi-
Gigãtes cto equitatem ac leges introduxit per id tempus & gigantes ab
milinus eo sublatos aiunt: in creta quidem milinum in phrigia Typho-
Tiphon nem: ante pugnam quę cum gigantibus in creta habita est ioueʒ
sacrificasse dicunt soli: cœlo: ac terre bouem. Quę sacra iouem
fore superiorem protendentes primum vires & ab hostibus de-
Museus fectionem tum finem belli futurum monstrarunt. Museus quip-
Palene pe ab eis desciuit: obq; id ei honores tributi: ab diis autem om-
phlegre' nes hostes cesi sunt. Sed & alios quoq; diis presidium belli tulis-
campus se aduersus gigantes constat. Macedones quidem circa palenem
italos in campo quem olim a loci conflagratione phlegreum.

postmodum Cymeum cognominarunt animaduersum esse ab ioue in gigantes ob eam causam dicunt. Ex magnitudine ac robore corporis confisi aduersisq; legibus & multa egerint in homines iniusta & propinquas gentes in seruitutem redegerint bellumq; his intulerint. qui ob singularia in omnes nationes bñficia dei sint existimati Feruntur ab ioue non solum impii nepharii q; deleti: sed etiã diis heroibusq; hoibusq; bñmeritis honores impensi propter eius beneficentiam imperiiq; magnitudinem omnium consensu: & regnum perpetuum tributum est & habitatio in olympo sacrificia insuper illi supra cęteros statuta: postea vero quam in cœlum delatus est memoria nominis eius: animis hominum in quos beneficia contulit adeo infixa permansit: vt omnium quę in cœlo fierent velut hymbrium tonitruum ac fvlminum cęterorumq; eiusmodi potens existimaretur: itaq; quod vitę causa hominibus esse videretur cum fructus terrę ad maturitatem perduceret iouem dixere. Patrem vero tũ quia singulorum susceperit summa cum beniuolentia curam: tum quia tanquam dux hominibus extiterit recte viuendi: imperator ac rex ob imperii amplitudinem. Cõsultor ac puidus propter consulendi prudentiam appellatus est. Tradunt etiam paladẽ i creta ex ioue apud fontes tritonis fluminis ortam. Ex quo tritonia dicta: & nunc quoq; apud eos fontes vbi nata est huic deę sacrarũt Fabulantur preterea nuptias iouis & iunonis in ora gnosię fluuio therino proxima vbi nunc templum est factas: sacraq; quotannis sanctę ab incolis fieri nuptias prout olim factę traduntur representantibus. Ex ioue cretas volunt venerem gratias lucinam Dianam et eas quas dicunt horas Eunomiam iusticiam pacem palladem musas. Deos vero Vulcanum Martem apollinem: mercurium Horum cuilibet vt perpetua apud omnes vigeret memoria ab se inuentorum gestorumq; iupiter laudem & honorem tribuit. Veneri namq; maturam virginum ętatem aliarũq; curam rerum quę nunc etiam circa nuptiarum sacra ac fœdera in eius cultum celebrãtur deditt. Sacrificant aũt omnes ptius ioui pfectori: iunoniq; pfectrici. quoniam hi primi duces inuẽtoresq; omniũ extiterunt. Gratiis q̃ ad oris speciem ac partium corporis formam decoremq; spectant insuper beneficii & gratię retributionẽ: lucinę parẽtium curã officiumq; eorũ q̃ parturientes prefecerunt: vnde & in partus discrimine ac difficultate hãc mulieres precipue inuocant deam ad dianã tradunt infantium

cymeus campus

Iouis laudes

Fabula de iouis & iunonis nuptiis.

Hora iouis filię

Lucine a parẽtibus inuocatio

ac ciborũ quos id ętatis postulet officiũ pertinere. Qua ex causa puerorum nutricem vocari dicunt. Earum quas horas dicunt datum est suum cuiq munus ad vitę cultum & mortalium commoditatem. Nil enim est vitę hominum ad fœlicitatem comparandam vtilius: quam leges iusticię ac pax. Palladi olearum oleiq educendi inuentionem tribuũt. Nam ante eius deę ortũ erat hęc arbor cum aliis siluestribus immixta. Olei vsus aberat cum esset ignota. Hęc olei exprimendi modum inuenit: addunt ipsi quoq vestitũ apparatũ & ędificandi artẽ multaq pterea volũt in cęteris artibus hominibus profuisse. Nam & tibiã earumq cantum & plurima instrumẽta ad varia opificia ex quibus oparia dicta est adinuenit: Musis a patre concessa est litterarũ inuentio & carminum quę poesis appellatur ratio. Nam qui dicũt phœnices a musis perceptas litteras tradidisse postmodum gręcis: ii sunt qui cum cadmo in europam nauigarũt. Ex quo a gręcis litterę p hœnice appellate sunt. Verum phœnices a primordio non litteras inuenisse volunt: sed earum formam tantum immutasse. eaq litterarum forma complurimi homines vterentur hoc cognomine vocatas. Vulcanum ferri ęris auri argenti omniũq quę igne fabricantur: artem inuenisse ferunt: eaq cęteros docuisse. Quapropter harũ rerũ opifices omnes vota sacraq huic deo maxime facientes ignem in ęternam memoriam suscepti beneficii Vulcanum vocant. Martem fabulę tradunt primum fabricatis armis armasse milites pugnandiq ac certandi morem induxisse eos qui diis aduersi essent interficientem. Apollinem cytharę eiusq musicę inuentorem ferunt. Medicinę insuper scientiam diuinandi arte perceptam qua olim infirmi erant morbos curare soliti primum attulisse. Arcus insuper sagittandiq extitisse repertorem. Qua ex causa cretenses pręcipue arcu delectati sunt: quem scythicum nominarunt. Esculapius ex apolline atq ariadne ortus pluribus a patre in medicina perceptis chirurgiam & medelarũ compositionem radicum insuper virtutes adinuenit. Adeo autẽ medicinę artem extulit: vt velut eius inuentor & auctor veneraretur. Tribuuntur preterea Mercurio pręconia discidia ac fœdera: quę in bellis fiunt. Precones quoq adiiciuntur: inter nuncii esse solent ob eam rem ab hoste tuti. Vnde & ipsum communem vtrisq dicunt: cum ambobus vtilitatis communis ac pacis mutuę interpres existat. Mensurã insuper ac põdus: & mercaturæ questum reperisse affirmant: occulteq inuicem peculan-

olei pallas iuentrix vestiũ ędificioruз & tibię.

Vulcani inuenta

Martis iuenta.

Apollis inuenta cythara medicia Arcus ęsculapius.

Mercurii iuẽta Mẽsurę põderis & mercaturę.

di modum. Pręco etiam deorum traditur: nunciusq; optimus quoniam mandata diligenter perficiat. Vnde & interpretis nomen assumpsit. Non q̄ nominum aut orationis vt quidam tradunt fuerit inuentor: sed quia diligentius q̄ cęteri mandata referat. Palestram eum introduxisse: & ex testudinis forma lyram adinuenisse aiunt. Post apollinis cum marsia qui & superior fuit contentionem: postq; sumptam pręter equum a victo pœnam penituisse apollinem dicunt. Cythareq; effractis cordis musica aliquandiu abstinuisse. Dionysium vitis repertorem viniq; conficiendi rationem & fructuum in longiorem vsum seruando rum curam & modū docuisse scribunt. Hunc in creta ex ioue & proserpina natum orpheus tradit Inter initiationes a titanis discerptum. Plures vero fuisse dionysios iam antea scripsimus diligentius. Cretenses ea coniectura hunc deum asserunt apud se ortum q̄ duę insulę apud eos sinus qui appelantur dydimi ab eo dionysię quod nulla alia in orbis parte fecerit sint vocatę.

Herculem ex ioue genitum multis annis ante eum qui fuit ex alcmena genitus fabulantur Huius mater incerta est: hoc tantū constat illum coporis viribus pręstantiorem cęteris orbem perambulasse: delentē iniquos & feras bestias ac monstra domantem: inuictus quoq; absq; timore in libertatem homines vendicauit Quibus beneficiis honores immortalium ei sunt ab hominibus impensi Qui vero posterior ex Alcmena fuit hercules quoniam prioris virtutes imitatus & immortalitatem assecutus est & propter nominis similitudinem idem qui prior creditus Ideo & superioribus gesta huic fuerunt veri inscitia ascripta Asserunt quoq; superioris herculis operum impensiq; honoris in ęgypto vestigia esse: ab eo conditam ciuitatem britomatrem etiam dyctinnam dicunt in creta genitam tradūt ex ioue ac a camarchide Euboli cereris filii. Hęc retia ad venandum inuenit: ex quo & dyctinna est cognominata. Consuetudine dianę vtebatur: quod causam prębuit: vt quidā dictinnam dianamq; eandem esse existimarent. Quam deam sacri templisq; cretenses coluere. Qui vero dyctinnā a rebus piscatoris quas fugerat insequente coitus gratia minos volunt denominatam procul a vero sentiunt. Non enim credendum videtur deam in eam egestatem compulsam: vt auxilia hominum implorare: cum esset maximi deorū filia neq; minoen tāte impietate culpare decet p̄sertim cū fuerit omnium consensu habitus iustus vir. & p̄batę vitę

Inuētor Mercurius Quarē interpretis mercurius nomē sibi vēdicat

Vitis repertor Dionysius

Dyonisię insulę

Herculesposteriores

rex Alcmena ortus

Minos vir probatę vitę

Plutonem natum tradunt in tripodo cretę ex cerere & Iasone Eius genus bifariam ferunt. Nam quidam volunt cum iason terram seuerit adhibita culturę diligentia adeo vberem percepisse fructum vt qui id conspexerunt a messium fertilitate illum plutonem nominarūt. Vñ & a posteris is cui cēsus supesset habere plutonem existimatus est Alii tradunt cererem iasonē puerum genuisse appellatum plutonem qui cultum vitę pecuniasq; coaceruare ac in vsus custodire primus monstrauit Cum antea parua congregandę seruandeq; pecunię fuisset cura. Hęc de diis quos cretenses apud se natos volunt scribuntur. Sacra vero honores mysteria cerimonias ab se hoc pacto ad alios arguunt transmissas. Nam cerimonię quas athenienses omnium celeberrimas in eleusina faciunt. queq; in samothracia atq; in thracia vnde in eas orpheus sumpsisse traditur fiunt in gnoso apud cretam prisca lege statutoq; celebrantur Quo palam est eiusmodi cerimonias ab eis ad alias gētes fuisse traductas Queq; apud cęteros secretę traduntur: eas palam omnibus noscendi facultatem apud cretenses esse. Asserunt autem plures deorum ab ipsis profectos magna orbis parte ab eis peragrata beneficos in gen⁹ humanum extitisse: atq; ab se inuentorum artem vsumq; docuisse. Nam ceres cum in atticam peruenisset inde in siciliam transiit. Postea in ęgyptum quibus in locis frumenti serendi cultū monstrauit Summoq; propterea in honore habita est. Venus in sicilia commorata est circa orycē in cypro circa cytherum ac paphum. In asia circa syriam. Ob has peregrinationes venerem tum Ericinam: tum citheream: tum paphiam. tum syram incole appellarunt Eodem modo plurimum temporis appollo circa delum ac lyciam delphumq; versatus est. Circa ephesum pontū persidem & cretam Diana itaq; & a locis ac gestis eorum sumptis nominibus hunc delium ac pithium appellarunt: hanc vero ephesiam cresiam tauropoliam quoq; ac perseam cū ambo essent in creta nati. Collitur & a persis plurimum hęc dea cui mysteria instituerunt barbari: quę ad hoc vsq; tēpus persea dicuntur His similia & de cęteris diis quę longum esset recensere traduntur: longo post deorum ortuʒ tēpore plures heroes in creta ferunt extitisse: quorum nobilissimi minois ac rhadamanti fuerunt ętate ex ioue ac europa agenoris: quam tauro deorum prouidentia aduectam in cretam tradunt geniti: minos ętate prior regnauit in insula in qua multas vrbes inter quę eas nobiliores

Pluton. Iason

Cereris loca

Veneris loca

Apollinis loca

Dianę loca

Europa minos rhadamantus

tres condidit gnossiam in ea insulę parte: quę asiã respectat. Vulcaniam iuxta mare meridiem versus: cydoniam in eis locis qui pelopõneso oppositi ad occidentem vergũt. Leges prę terea mul cretensibus dedit simulãs eas ab se in quadam spelunca meditatas. Classem insuper parauit qua plures propinquas insulas sibi subiiciens gręcorum primus est maris imperio potitus. Cum eius magnum virtutis ac iusticię nomen esset: transiit in siciliam aduersus coaclum: de quo in dedali rebus: cuius causa bellum mouit: scripsimus. Rhadamantum scribunt omnium iustissimuȝ latrones quoq ac scelestos viros cęterosq improbos acri affecisse pœna. Multarum insularum imperio potitus magnam asię maritimam partem tenuit singulis eius imperio se sponte ob iusticię famam tradentibus. Is eritheo vni ex filiis: ii. erithei ab eo vocati sunt regnum permisit: inopinioni ariadnes minois filię chium ferunt dedisse quem nonnulli fuisse dionysium volũt: atq a patre vini faciundi modum didicisse. Cuilibet ex aliis filiis aut insulam aut vrbem Rhadanm tum dedisse traditur: thoanti Lemnum. Alii cyrnum: Pamphilo præparatum Euambio maroneam. Aleo parũ. Anioni delum. Andreo: quæ ab eo nominata est andrum propter singulare iusticię nomen illum apud inferos bonorum ac malorum iudicem factum ac fabulę ferunt. Ob eandemq iusticiam minoẽ quoq pari honore fungi. Tertium fratrem Sarpedonem scribunt cum manu in Asiam profectum lyciam tenuisse.

Chios

Lẽnos
Theas
Anuis
Delos
Euãder
Andros
Deidamia.
Deucalion.
Molus

Huic Euander filius in regno successit sumptaq vxore deidamia bellerophontis filia Sarpedonem genuit qui cum agamenone troiano affuit bello. Et hic vt quidem tradunt iouis filius Minois fuisse filios aiunt Deucalionem ac molem. Ex deucalione idomeneum ex molo Mirionem genitos cum nauibus nonaginta ad ilium cũ agamennone profectos reuersosq postea in patriam diem suum obiisse honorificeq sepultos deorum honores fuisse affecutos. Horum sepulchra i gnoso hac ostenduntur inscriptione. Gnosii idumenei sepulchrum. Aspice in quo ego Mirion moli filius propinquus iaceo. Hos vt nobiles heroes cretenses colũt sacris in bellorum discrimine eorum prę sidiũ inuocantes. Nunc nationes quę cretensibus immixtę sunt referentur. Scripsimus antea theocrites: qui dicebantur indigetes insulam habitasse. Multis vero postmodum seculis propter bella ac seditiones errantes pelasgi in cretam appulsi tenuerunt

Idomeneus
Mirion

doriēses insulę partem Tertii doriensēs traduntur in insulam venisse du
Dorus. ce doro. Tectami nepote: huius populi pars maior fert ex locis olympo propinquis simul conuenisse. Pars vero quędam ex acheis qui sunt in laconia donorum pollicitationibus allecti. Quartum genus eorum qui in creatam appulerunt fuerunt Migades barbari qui consuetudine grecorum lingua ex frequenti vsu percepta postea Minoi Rhadamātiq; imperio paruerunt
Migades Postremo post cicladarum descensum argiui lacedęmoniiq; missis coloniis: tum alias quasdam: tum has insulas occuparunt in q; eis nonnullas ab se ędificatas vrbes. de quibus alias dicetur inhabitarunt: verum haud mirum debet videri: cum plures qui gesta cretensia scripsere admodum differentiant: nos quoq; ea quę non omnes sentiant scribere eos enim sumus secuti. quos vero similiora tradere existimauimus. Quędam ab Epimenide theologo: quędā a dosiade. Alia a Sosicrate: nonnulla a laosche rinide sumentes: & decreta hactenus. Nunc ad lesbum transeamus.
Lesbos Hāc insulam olim varię gentes ad eam nauigantes incoluerunt pelasgi primum eam tenuere cum antea deserta esset. Nam xanthus Triopi filius pelasgorum qui ex argo venerant rex partem lycię tenens argis qui secum accesserant imperauit: deinde lesbum cultoribus vacuam petens agro pelasgis diuiso
Issa insulam quę issa prius dicebatur ab eis pelasgiam vocauit deinceps septima progenie ob diluuium tempore deucalionis factū cum multis in ea interissent. Accidit vt aquarum inundatione deseretur. Macareus postea cum in eam peruenisset insu
macare lę pulchritudine cōspecta in ea permansit: is erat vt hesiodus. Aliiq; poetę nonnulli tradunt cyreneaci Iouis filius qui cum habitaset in oleno: quę patria tunc iados nunc achaia dicitur assumens tum ionas: tum gentes alias nauigauit in lesbum: dein
Iados
Achaia de: tum virtute insulę: tum humanitate ac iusticia plurimum ad
Lesbus. auctis opibus propinquas insulas possedit agris qui inculti erāt diuisis post hęc tempora lesbus filius lapithi qui erat ex coclo hippoti secundum quoddam oraculi responsum cum suis domesticis nauigans in hanc insulam sumpta in vxorem macarei filia methinna nomine vna cum ea insula permansit. Cum vir
Methinna. factus clarus euasisset & insulam ab se & populum lesbium cognominauit. Macareo pręter alias mytilene ac methiane filię ortę sunt: a quibus & ciuitates sumpsere nomen. Inci
Mythilene. piens propinquas insulas in potestatem redigere colonia in

chium missa filium ei prefecit: deinde alterum destinauit in sa=mum nomine cydrollum: in ea regnauit. Tertię cęneandrum p̄ fecit regem. Deinceps in Rhodum cum pluribus colonis misit leucippum: quos accolę propter eorum infrequentiam commu nicatis agris libenti animo susceperunt: loca insulę opposita eo tempore propter diluuium magna grauiq3 afficiebantur calami tate. Nam continuis hymbribus ob corruptos terrę fructus ste=rilitate suborta infectus aer pestem vrbibus intulit. insulę vero ventis agitare cum aere essent salubri ac fertilis frugibus suos incolas beatos reddire. Ex quo ob rerum vbertatem fortunatę sunt cognominatę. Nonnulli beatas a Macareo atq3 Iono: quo rum filii in eis regnauere dictas volunt. Hę deniq3 insulę om nibus propinquis non solum priscis: sed & nostris quoq3 tem=poribus bonitate soli locorumq3 amenitate tum vero salubrita=te aeris fœlicitateq3 prestant itaq3 vere dici fœlices ac beatę q̄unt Macareus vero in lesbo regnans legē scripsit ad cōmunē vtilita tem: quā leonem ab eius animantis virtute & robore appellauit deinceps vero nonnullis seculis post coloniā in lesbum missam insula tenedos hoc pacto inhabitata est Tēnus cycni filius impe rauit colonię q̄ est introade vir propter virtutē insignis: hic con gregatis colonis patriam linquens nauigauit insulā desertam nomine leucophorim distributis his cum eo accesserant insulę a gris conditaq3 vrbe ab se tenedon insulam vocauit is cum iustę imperaret multis beneficiis omnibus gratus & magno vixit glo ria: & post obitum inter deos delatus est. Nam templo illi con=structo institutis sacris ad posteriora secula non videntur omit tēda: quę de eo qui vrbem tēnum condidit apud Tenedios me morię traduntur. Ferunt enim Cycnum patrem vxoris calūnia inductū filiū tēnū in arca positū in mare deiecisse: hęc tempesta te acta cū in tenendū appulisset. Tēnus mirabili deorū ope salutē cōsecutus insulę postea imperauit. Vir p̄clarus ac iusticia virtu tibusq3 aliis honores immortalium adeptus Verū ꝓpter cuiusdā tibicinis testimoniū: cui nouercę insidiis fauerat. Legeq3 sanxit ne quis tibicē tēplū ingrederetur Belli troiani tēpore cum achil les post grecorū in tenendum excisionę vrbem Tennum deles=set: statuerūt postea tenedii vt nulli deinceps liceret templo re=stituto in eo achillem nominate. Postea q̄ de insulis insignibus rettulimus: nunc de minoribus scribemus. Cyclades insulę cum antea vacuę cultoribus essent. Minos iouis ac europæ filius

Chios insula in samo
Cydrolus Leucippus.
Tenedos
Tēnus
Leucophoris
Cxcnus
Cyclades.

cretensium rex. Cuius terra:mariq3 imperium potens erat plurimum classe valuit Multasq3 ex creta colonias:maximeq3 in cycladas insulas misit Quarum plures adeptus populis diuisit. Asię quoq3 partem maritimam possedit Quapropter & nonnullę insulę portusq3 asię a cretensibus minoeq3 nomen sumpsere
Minos
Rhadamãthus
Minos autem magnus imperio Rhadamentum fratem virum iustum rectumq3 regni cōsortem in oras imperii vltimas ob inuidiam ablegauit. Is ad insulas Ionię carięq3 oppositas cum accessisset Eritheto ciuitatem a suo nomine conditam concessit:in opinionem vero ariadnes filium chio prefecit:quę omnia ante bellum troianum acta sunt Deleta troia cares opibus acti classeq3 admodum validi.Cum cyclades insulas subegissent:ex quibusdam cretenses penitus eiecere.Nonnulli vna cum eis vt cū in patria vixi sunt Greci postea expulsis inde caribus barbaris plures ex eis tenuerunt:de quibus suo loco scribetur nobis.

FINIS

¶Vocum index ordine literario in paucis tamen dictionibus diptongo obseruata.

Et primo.

A

Finis Tabule

¶ Egidius de Maserlis Adolescentes plurime Salutis iubet esse participes.

QVandoquidem rerum nouaruȝ maximeq; & poeticarum/& historicarũ tota mente amplexãdarũ admodũ cupidos egregii adolescentes vos pspicio:q̄ noster Diodorus de rebus ne dicam inanibus pserti3 que apud egyptios/siculos/ethiopes alias gẽtes habentur stilo haud illepido tradit obnixis ingenii viribus amplecteremini nedum vos hortarer verũetiam(si saltem pcipiẽdi maior mihi potestas inesset)toto molimento iuberem. quid iuberem?imo proculdubio compellerem. Ipse enim historiarum libros.xl.mille centum triginta octo annos continentes psa haud aspernanda summo cum labore contexuit. Verum sex tantũ primos in quibus de deorum dearumq; exitu opiniones/magne vrbes/excelsi montes/& vitrei fontes habentur non contemnẽdis annotationibus insignitos hoc in opusculis imprimendos curaui In hiis profecto(vt videre est)regiones situ ignote prius noscuntur clarescunt elucidantur. Quid enim historia pulchrius?qd iucundius?qd deniq; expetibilius?preterita in memoriam reducit:presentia custodit:& ad futura litteris mandanda hominum animos impellit. Iuuenes incitat:viros allicit:senioq; confectos fouet/stabilit:& conseruat. quid plura?& si stantorea clamarẽ voce:sacriq; Martis ab inuicto lesi Diomede: quot argus lumina gestabat simul & linguas tot haberem non equidem meritas laudes Diodore valerem propalare tuas:sed de his hactenus. Hunc igitur historicum preclari iuuenes non abnuite non repellite:sed perinde atq; grauem hystoricorum hystoricuȝ amplectimini. amplexum perlegite/& perlectum in mente memori Imprimite.

Valete.

Palladis armisone nati/cliusq; nepotes/
Et consanguinei merito prudentis vlixis:
Ac estote mei memores:Iterumq; valete.

ab.

Arrogat legem [illegible] adversarii legi